ꝗ extrema inferioris ſcie. Medium ſcie ſupioris ſumptuꝫ tale quale ipm eſt in ipſa ſcia ſupiori nõ põt eẽ in dicta primitate ad extrema ſcie inferioris. ſ. vt primũ dicat̃ de ipſo ⁊ ipſꝫ de 3° ſm ꝙ ipſꝫ eſt ⁊ p̃. Uerũtñ ſicut ſubm ſcie ſubalternate hꝫ l ſe ſubꝫ ſcie ſubalternãtis cũ ꝯditõe ſup adiecta q̃ approp̃at ipſꝫ ſcie ſubalternãte: ſic mediũ ſumptũ de ſcia ſubalternante cũ venit in ſyllm demonſtrantẽ ꝯclõnẽ ſcie ſubalternate recipit ſupra ſe cõditiões p quas approp̃at̃ ſcie ſubalternate: ⁊ ipſꝫ mediũ tale q̃le eſt in ſyllo demr̃ante ꝯclones ſcie ſubalternate eſt in p̃dcã primitate cũ extremis illi⁹ ſcie: ⁊ dr̃ de tertio ſm ꝙ ipſꝫ eſt: ⁊ p̃ᵐ de ipſo medio: ſilr̃ 2ᵐ qđ ipſuꝫ eſt. Tam p̃ᵐ eniꝫ q̃z mediũ q̃ ſunt ſumpta a ſupiori ſcia cũ veniũt in ſciaꝫ iferiorẽ approp̃riãt̃ ſubto illius ſcie inferioris. ❡ Et vt ſit illud magis euidẽs: pono exẽplũ hui⁹. Demr̃at̃ in pſpectiua ꝙ oẽs duo anguli quoꝝ alterũ ꝯſtituit radi⁹ incidens cũ ſpeculo ⁊ reliquũ radius reflexus ſunt duo anguli radioſi eq̃les: ⁊ h̃ ꝯclõ p̃bat̃ per iſta geometrie. Oĩuꝫ duoꝝ triãgloꝝ quoꝝ vn⁹ angulus vni⁹ eſt equalis vni angulo alteri⁹: ⁊ latera equos angulos ꝯtinẽtia ſunt ꝓportiõabilia: reliqui anguli par ſe reſpiciũt ſunt equales: ⁊ hec p̃batio ſm ꝙ eſt ſimplr̃ geometrica abſtrahit a triangulis ⁊ ab angulis ⁊ lateribus radioſis ⁊ non radioſis. Sed ſm ꝙ venit in ſyllm demr̃antẽ ꝯclõnẽ p̃dictã ſpeculatiue approp̃at̃ ad triãgulos ⁊ ad angulos ⁊ latera radioſa h̃ mõ. Oĩuꝫ duoꝝ triãguloꝝ radioſoꝝ quoꝝ vn⁹ angulus radioſus vnius eſt equalis vni angulo radioſo alteri⁹: ⁊ latera radioſa equos angulos radioſos ꝯtinẽtia ſũt ꝓportionabilia reliqui anguli radioſi par ſe reſpiciũt ſũt eq̃les. Sed oẽs duo anguli quoꝝ alterũ ꝯſtituit radi⁹ incidẽs cũ ſpeculo ⁊ reliquũ radi⁹ reflexus ſunt anguli radioſi ſeſe recipientes duoꝝ triãguloꝝ radioſoꝝ: quoꝝ vnius angulus radioſus vni⁹ eſt eq̃lis vni angulo radioſo alteri⁹: ⁊ latera radioſa equos angulos radioſos ꝯtinẽtia ſũt ꝓportionabilia. g̃ oẽs duo anguli quoꝝ alterũ cõſtituit radius incidẽs cũ ſpeculo ⁊ reliquũ radi⁹ reflex⁹ ſũt duo anguli radioſi eq̃les: manifeſtũ eſt itaqꝫ taꝫ in ſcia ſubalternata q̃z in ſcia ſubalternãte mediuꝫ ſumptũ tale q̃le eſt in ſyllo eẽ approximatũ extremis. Differt tñ ſylls inferioris ſcie a ſyllo ſupioris in h̃ ꝙ ſylls ſcie iferioris eſt ſylls qa: ſꝫ ſylls ſcie ſupioris ẽ ſylls pp qd: ⁊ qđ pꝫ in ſuperiori exẽplo ᵃ. Cauſa nãqꝫ eq̃litatis duoꝝ ãguloꝝ factoꝝ ſup ſpeculo ex radio incidẽti ⁊ reflexo nõ eſt mediuꝫ ſumptũ ex geometria: ſed ei⁹ cã eſt nã radioſitatis ſeſe generãtis ſm incẽſuꝫ rectũ: que cũ gñat̃ ſup obſtaculuꝫ hñs in ſe nãꝫ humidi ſpũalis ſit ibi ſicut p̃ncipiuꝫ regenerãs ſe ſm ſimileꝫ viaꝫ ei per quã generat̃. Cũ.n. operatio nãe ſit finita ⁊ regularis neceſſe eſt vt via regenerationis ſit ſilis vie ſue gñationis: ⁊ ita regenerat̃ in angulo equali angulo incidenti.

ᵃ ❡ Ex hoc ſi inferas ſciam inferiorẽ non demõſtrare p pp qd. Sꝫ bñ verꝫ eſt quid de quo ſubalternata dicit qꝫ ſubalternans dicit pp quid.

❡ Quare patet ex hiſce fieri nõ poſſe: quo demonſtret̃ qđqꝫ ſimplr̃ niſi ex principijs vniuſcuiuſqꝫ: ſꝫ hoꝝ principia habent cõmune.

T. cõ. 43. ❡ Quare ex his manifeſtũ eſt qđ nõ ſit demõſtrare vnũqđqꝫ ſimplr̃: ſꝫ ſm ꝙ ex proprijs vniuſcuiuſqꝫ principijs eſt. Sed hoꝝ principia habent cõmune.

12ª ꝯ ❡ Ex.11. ꝯclõne prima oſtẽſa ⁊ explanatiõe eiuſdẽ ꝯnis ſeq̃t̃ hec. 12. ꝯclo: ꝙ oẽm demr̃onẽ neceẽ eſt eẽ ex principijs approp̃atis ꝯni. qđ g̃ dicit Ari. [Quare ex his manifeſtũ eſt ꝙ non ſit demr̃are vnũqđqꝫ ſimplr̃] recapitulatio eſt: ⁊ hec lr̃a. [Sed ſm ꝙ ex vniuſcuiuſqꝫ p̃ncipijs] dicit hãc ꝯneꝫ. 12. Si.n. nõ ſufficit demr̃oni: vt ſit ex p̃ncipijs veris ⁊ indemr̃abilib⁹ niſi etiã ſit p̃ᵐ de medio ⁊ h̃ de 3° ſm ꝙ ipm eſt: manifeſtũ eſt ꝙ opꝫ demõſtrationẽ eſſe [illegible] approp̃atis ꝯni. Neqꝫ ſeq̃t̃ ex h̃ demõſtration[illegible] in terminis cõuertibilib⁹ ᵇ: qꝛ nõ ſoluꝫ dr̃ [illegible] p̃ꝓp̃atũ qđ cõuertit̃ cũ aliq̃: ſꝫ qđ egredit̃ ab [illegible] moduꝫ aliqđ: ſꝫ imo etiã dr̃ ei⁹ ꝓpriuꝫ vel approp̃[illegible] ꝓpriũ q̃ſi porro p̃ᵐ .i. p̃uatũ. Silr̃ ex eo ꝙ opꝫ p̃ᵐ dici de medio: ⁊ h̃ de 3° ſm ꝙ ipm eſt ⁊ p̃: nõ ſeq̃t̃ ꝙ demr̃atio ſit ſemp in terminis conuertibilib⁹: neqꝫ ꝙ ꝯclo ſit nõ vl'is ᶜ. Lꝫ Themiſtius videat̃ velle ꝙ ꝯclo nõ ſit vl'is: nihil.n. p̃hibet idẽ dici de plibus: ita ꝙ de quolꝫ illoꝝ p̃mo dicat̃: ſicut gen⁹ dr̃ p̃mo de duab⁹ ſpẽb⁹ coequeuis p quas ipm gen⁹ p̃mo diuidit̃: ſꝫ.n. genus p̃dicet̃ de diffone ſpẽi ⁊ de diffõne ꝓp̃a: non tñ p hoc nõ dr̃ p̃mo de ſpecie ſibi ꝓp̃ia: qꝛ p̃dicatũ dicit̃ de ſubo p̃mo cũ nõ eſt aliud a p̃dicato ⁊ o ſubto de quo dicat̃ p̃us: vñ cũ diffõ ſit ideꝫ ſimplr̃ cũ diffinito: ſꝫ genus p̃dicet̃ de diffõne ſpẽi ⁊ de diffõne ꝓp̃ria: nihil min⁹ dicet̃ de ſpẽ p̃mo. Silr̃ cũ idẽ diffinitũ dr̃ de ſua diffõne mãli ⁊ formali vel ecõuerſo: ⁊ cũ vna illaꝝ diffonũ dr̃ de reliqua: quelꝫ illaꝝ p̃dicationũ eſt de primo ⁊ ſm ꝙ ipm ẽ. Qꝛ aũt ꝯclo ſit vl'is pꝫ ex v̾bis Ari. ſupra his. ſ. [Manifeſtũ eſt q̃ñ remoto iuſſit p̃mũ: vt ab iſopleuro eneo triãgulo inſunt duo recti.] ⁊ paulopoſt [Cui⁹ igit̃ p̃mi ſi itaqꝫ triãguli eſt: ⁊ ſꝫ ꝙ hoc ineſt ⁊ aliis hõ vl'r.] Dictũ eſt ex approp̃riatis p̃ncipijs: cui dicto ſubiungit Ariſt. ꝙ ſꝫ ipſa p̃n⁹ ſint approp̃riata [hñt tñ cõe] .i. hñt cõem p̃hiaꝫ explanantẽ ipſa p̃nᵃ: vt metap. vel topicã: ⁊ ſm hoc eſt ſenſus ipſius lr̃e ſequẽtis. ſ. ꝙ ſꝫ p̃ncipia cũ veniunt in ſyllm ſunt approp̃ata: tñ quedaꝫ ipſoꝝ in ſe cõſiderata ſunt p̃ncipia cõmunia. ❡ Uel põt hoc cõtinuari ei qđ ſupra dictũ eſt. ſ. ꝙ ſcia ſubalternãs ⁊ ſubalternata differunt. q. diceret: ſꝫ ſubalternans ⁊ ſubalternata differant: tñ cõicant in principijs.

ᵇ ❡ Et ſi demõſtret̃ gen⁹ de ſpẽbꝰ ad minus generis de ſpẽbꝫ ẽtiã demõſtret̃ corpus celeſte eſſe incorruptibile per non hñe mãm: aut ꝙ aĩa vegetatiua eſt aĩa per eſſe p̃nᵐ viuendi: aut ꝙ ipſa eſt act⁹ corporis phyſici organici per eẽ p̃nᵐ viuendi ⁊ mouendi ⁊c. Et dixit Auer. 2° de aĩa ꝙ erat demr̃atio dicẽs eãm ⁊ eſſe.

ᶜ ❡ Cõtradictio que h̃ eſt in dicto T. in cõmẽto ſoluta eſt primo.

❡ Textus iſte eſt 3 cõe q reuenit ꝙ v'e ſm ꝙ loq̃t̃ p̃hs in hoc lr̃o: ꝯclõ paſſio gñis vl' ſpẽi nãm ꝯſequens.

❡ Quod ſi id cõſtat: patet fieri nõ poſſe quo quilq̃ ꝓprioꝝ p̃ncipioꝝ exhibeat demr̃ationẽ. Erunt.n. illa oĩuꝫ p̃ncipia: ⁊ iſtoꝝ ſcia: dñã oĩuꝫ erit. Eteniꝫ is ſcit magis: qui ſupiorib⁹ ex cauſis ſcit. Scit eniꝫ tuꝫ ex p̃orib⁹: cũ ex cauſis ſcit: que nõ effect⁹ ſubeũt rõneꝫ. Quare ſi magis ſcit ⁊ maxie: ⁊ ſi t ſit illa ſcia: magis profecto: maximeq̃ꝫ ſcientia eſt.

❡ Si aũt hoc manifeſtũ eſt: manifeſtũ qđ nõ eſt vniuſcuiuſqꝫ ꝓpria principia mõſtrare: erunt.n. illa oĩum principia: ⁊ ſcia illoꝝ ſcia oĩuꝫ. Et nãqꝫ ſciuit magis intelligẽs ex ſuperiorib⁹ cauſis. Ex priorib⁹.n. ſciuit cũ ex cauſatis nõ ſciat cãs: quare ſi magis ſciuit ⁊ maxime: ⁊ ſcia illa erit magis ⁊ maxime. T. cõ. 44.

❡ Cõcluſio. 13. hui⁹ ſcie eſt ꝙ nullius ſciẽtie eſt demr̃are ꝓpria p̃nᵃ. Cui⁹ rõ eſt: qꝛ p̃nᵃ alicui⁹ ſcie ſunt p̃ᵃ oĩuꝫ in illa ſcia ⁊ ex ſcia p̃nᵒʳᵘᵐ depẽdet ſcia reliquoꝝ eiuſdẽ ſcie: ⁊ p̃nᵃ ſunt magis ſcita ſubſequẽtib⁹ in eadẽ ſcia: ⁊ nihil magis ſcit̃ p̃ncipijs in eadẽ ſcia. nõ igit̃ demr̃ant̃ p̃ncipia in eadẽ ſcia: qꝛ ſi demr̃arent̃ in eadeꝫ ſcia: tunc alia eſſent magis ſcita ipſis in illa ſcia ⁊ qđ eſt inconueniens. 13ª ꝯ ❡ Hec etiã. 13. ꝯclo ſeq̃t̃ ex p̃rio dicto. Quia ſi demr̃atio nõ eſt niſi ex ꝓprijs p̃ncipijs: ⁊ ipſa p̃nᵃ nõ hñt manifeſtationẽ niſi ex p̃hia cõi: tũc nulli⁹ ſciẽtie eſt ꝓp̃ia p̃nᵃ oſtẽdere. Sed p̃hi cõis eſt explanare illa.

❡ Demonſtratio v̾o nõ ad aliud gen⁹ accõmodat̃: niſi eo modo quo tam ad demonſtrationẽ facultatis machinaruꝫ extruendaruꝫ vel ad proſpectiuas

geometrice: ad muſicam aritbmeti ce demõſtrationes accõmodantur: vt diximus.

T.cõ.45. ¶ Sed demſ̃ratio nõ cõuenit in aliud genus: niſi ſicut dictũ eſt geometrice in mechanicas: aut pſpectiuas: ⁊ aritbmetice in harmõicas.

¶ Repetit p̃dicta vt ex bis explanet difficile eſt ſcire an ſciamus: ⁊ vt extrabat ↄclõnẽ oſtẽdentẽ nobis modũ quo ſcimus nos ſcire. dicit ĝ cũ (demſ̃ratio nõ cõuenit in aliud genus) niſi ſicut dictũ eſt cũ vna ſcia deſcẽdit in altã: ⁊ tũc nõ eſt gen⁹ aliud: ſed gen⁹ idez alterius: quaſi diceret demſ̃ratio eſt ex ꝓprijs.

¶ At ṽo difficile admoduz eſt ſeſe ꝑcipere quẽpiaz ſi ſciat nec ne. Eſt eniz difficile cognoſcere ſi ex p̃ncipijs vniuſcuiuſqz ſcimus nec ne. Qđ qdẽ eſt ſcire. Putamus aũt ſepenumero ſcire: ſi ex veris qbuſdã primiſue rõcinationẽ habem⁹. Id ṽo nõ eſt ita: ſꝫ oportet ipſis primis eſſe propinqua. Ea aũt in quocunqz genere p̃ncipia dico: que fieri nequit: vt demonſtrenſ̃ eſſe. Sumũ igiſ̃ qdnaz ipſa prima ⁊ que ex hiſce ꝯficiſcunſ̃ ſignificãt. At principia ſumere: eſſe cetera demõſtrare neceſſe eſt. Ceu qd eſt vnitas. aut rectũ: aut triãgulus ſumere. Eſſe ṽo vnitatem ac magnitudinẽ: cetera aũt demõſtrare.

T.cõ.46. ¶ Difficile eniz ẽ noſſe ſi ſciuit: aut nõ. Difficile eniz eſt noſſe ſi ex proprijs vniuſcuiuſqz p̃icipijs ſcim⁹: aut nõ: qđ vere eſt ſcire. Opinamur aũt ſi habeam⁹ ex aliqb⁹ veris ſyllm ⁊ primis ſcire: ſed hoc nõ eſt: ſed ꝓxima opꝫ eſſe primis. Dico aũt p̃icipia in vnoquoqz genere illa: que cũ ſint nõ ↄtigit demõſtrare. Quicqd igiſ̃ ſignificent prima: ⁊ que ex his ſunt accipiẽduz eſt: qđ aũt ſint p̃icipia neceẽ eſt accipe. Alia ṽo demſ̃rare: vt qd vnitas: ⁊ qd rectũ: ⁊ qd triãgulus. Eſſe aũt vnitatem accipe: ⁊ magnitudinẽ. altera ṽo demſ̃rare.

¶ Et pp hoc difficile eſt noſcere qñ nos ſcim⁹ ⁊ qñ non: qꝛ difficile eſt noſcere qñ ex ꝓprijs p̃ncipijs acqrimus ſciaꝫ vel cognẽꝫ qđ eſt vere ſcire. Multotiẽs. n. opinamur nos ſcire cũꝫ ea ex qb⁹ ſyllogiſam⁹ ſunt ṽa ⁊ indemonſtrabilia: cũ tñ h̃ nõ ſufficiat. Sꝫ opꝫ p̃n⁹ approximata eẽ: ſicut poſtẽſaꝫ eſt. Et voco p̃n⁹ que cũ ſint vera nõ ↄuenit monſtrare illa in eadẽ ſcia. Ad explanãdum itaqꝫ quo mõ cognoſcem⁹ qñ ſcimus ⁊ hẽm⁹ demſ̃onẽ ex ꝓprijs parũ ordiſ̃ ali⁹. ſ. ab enumeratiõe ⁊ diffõne eoꝝ que veniunt in demſ̃onez. Dicit itaqꝫ p̃⁹. ſ. ſubm ſcie: ⁊ dignitates ⁊ ꝓpõnes: ⁊ que ſunt ex his. ſ. paſſiões oĩa accipiunſ̃ qd ſignificent[a]. Sed p̃n⁹ vt ſubꝫ ⁊ dignitates ⁊ poſitiões accipiunſ̃ etiã eẽ: alia ṽo vt paſſiões opꝫ demſ̃rare. ṽ. g. vt vnitas que eſt ſubꝫ: ⁊ rectũ ⁊ triangulus q̃ ſũt paſſiones oĩa accipiunſ̃ qd ſignificẽt. Sed vnitas accipiſ̃ eſſe in aritbmetica: ⁊ magnitudo in geometria. Reliqua ṽo vt rectũ ⁊ triãgulũ demſ̃anſ̃.

[a] ¶ Et ſic de dignitate ꝯco gnoſciſ̃ qd ⁊ qa: hoc idem Ancr. capite 24. Quõ aũt hoc intelligaſ̃ dici in qõne d̃ ſubiecto huꝰ libri.

¶ Eoꝝ aũt qb⁹ in demſ̃atiuis vtunſ̃ ſcientijs: alia cuiuſqz ſcie ꝓp̃a: alia cõia ſunt: cõia tñ ſilitudie rõnis qppe cũ vſus eoꝝ tãtũ ſeſe extẽdat in quacũqz ſcia quãtuz cuiuſqz ſubiecto gñi cõgruit. Propria ſunt: vt lineam eſſe talem rectumue. Cõia: vt ſi ab equalib⁹ equalia demas: ea que reſtant eq̃lia ſunt.

Atqz hoꝝ vnũqđqz cuiqz ſatiſfacit ad cuiuſqz genus accõmodatũ. Idez enim h̃ faciet: ⁊ ſi nõ de oĩbus ipſiꝫ accipiet geometra: ſꝫ de magnitudinib⁹ tñ: ⁊ aritbmeticus de numeris ſolũ. Sunt etiã ⁊ ea ꝓpria circa que ſcia ↄſiderat: ea que ꝑ ſe illis inſũt. Atqꝫ hec ⁊ eſſe ⁊ qd ſunt ſciẽtie ſumunt. Ut vnitates aritbmetica: puncta linea geometria. At hoꝝ per ſe affectuũ qd qdez qſqꝫ ſignificat ſumunt. Ut aritbmetica qd par: qd impar: qd quadratuꝫ: quid quoqꝫ cubus. Geometria: qd expers rõnis: qd frãgi quid cõcurrere ⁊ huiuſmodi cetera. Demõſtrant autẽ ipſos eſſe: ⁊ per cõia: ⁊ per ea que demõſtrata ſunt. Eadez ⁊ aſtrologia facere ſolet.

¶ Sunt aũt qb⁹ vtuntur in demſ̃atiuis ſcientijs: alia qdez ꝓpria vniuſcuiuſqꝫ ſciẽtie: alia ṽo cõia. Cõia aũt ſm analogiã: qñ vtile eſt quãtũ in eo ſub ſcia eſt gñe. Propria quidez: vt lineã eſſe h̃: ⁊ rectũ. Cõia autem: vt equalia ab eq̃lib⁹ ſi auferas eq̃lia reliq̃ ſũt. Sufficiẽs aũt eſt vnũqđqꝫ iſtoꝝ: quãtuꝫ in gñe eſt. Idẽ. n. faciet ⁊ ſi nõ oĩb⁹ accipiat: ſed in magnitudinib⁹ ſoluꝫ: aritbmeticus aũt in numeris. Sunt aũt ꝓpria qdez ⁊ q̃ accipiũtur eſſe circa q̃ ſcia ſpeculaſ̃ que ſũt per ſe: vt aritbmetica vnitates: geometria aũt ſigna ⁊ lineas. Hec. n. recipiũt eẽ ⁊ hoc eẽ. Hoꝝ aũt paſſiones ꝑ ſe qd qdẽ ſignificet vnũqđqꝫ accipiũt: vt aritbmetica qdez qđ par: aut ipar: aut quadrãgulus: aut cubus: geometria ṽo: qd rõnale aut reflecti aut curuare. Qđ autez ſint demõſtrant per cõia: ⁊ ex his que demõſtranſ̃: ⁊ aſtrologia ſimiliter. T.cõ.47.

¶ Quaſi diceret quedã accipiunſ̃ qd ſignificẽt tñ. q̃dã ṽo ⁊ qd ſignificãt: ⁊ qꝛ ſunt. Eoꝝ itaqꝫ que accipiunſ̃ eẽ in ſciẽtijs demſ̃atiuis. quedã ſũt ꝓpa vniuſcuiuſqꝫ ſcie: ⁊ quedaꝫ nõ: ſed cõia: nõ aũt ſunt cõia ſicut genus vnuꝫ penit⁹ vniuocũ: ſed ſunt cõia ſm analogiã. i. hñt cõitatẽ ſm ꝓportionẽ vnã: vñ pñt in gñib⁹ diuerſis appropari. Et neceſſe eſt etiã p̃n⁹ cõia cũ veniũt in demſ̃onẽ in ſcia ſpãli appropari gñi ſubo in illa ſcia. Et hec eſt. 14. ↄclo huius libri: ⁊ ſequiſ̃ ex. 12. ↄclone hu⁹: qꝛ ſi oĩs demſ̃atio eſt ex p̃ncipijs ꝓprijs: neceſſe eſt p̃n⁹ cõia cũ veniũt in demſ̃ationẽ fieri ꝓpa: ⁊ in hoc ſermone docemur cognoſcere qñ demſ̃atio eſt ex ꝓprijs. Cũ. n. tria ſint que ſumunſ̃ in demſ̃one. ſ. genus ſubm: ⁊ paſſio probata de ſubo: ⁊ ea ex qb⁹ ꝓbaſ̃: genus aũt ſubꝫ ⁊ paſſio ſemper ſint ꝓpria in ſcia: ea aũt ex qb⁹ demonſtraſ̃ in ſe ↄſiderata: qñqꝫ ſũt ꝓpria: qñqꝫ cõia. Si ſit demſ̃atio ex cõibus p̃ncipijs appropriatis tñ gñi ſubo: manifeſtũ eſt tũc eſt ex p̃ncipijs ꝓprijs: ⁊ tũc vere ſcim⁹. Ponit aũt Ari. exẽpla p̃n⁹ ꝓpoꝝ vt lineaꝫ eẽ longitudinẽ ſine latitudine cui⁹ extremitates ſunt duo pũcta: ⁊ rectã lineã eẽ a pũcto in pũctũ extẽſionẽ. Cõia aũt ſũt: vt ſi ab eq̃libus eq̃lia demas ⁊c. ⁊ hec cõia in ſpãli ſcia debent appropriari gñi ſubo: ſic in geometria magnitudinib⁹: ⁊ in aritbmetica nũeris. Itẽ ꝓpria ſunt gña ſuba in ſciẽtijs que accipiunſ̃ eẽ: circa que ſuba demſ̃atores ſpeculanſ̃ ꝑ ſe accñtia de illis ſub: ⁊ vt aritbmetica ꝓpria ſubijcit

vnitates: ⁊ geometria pūctā ⁊ lineas: ⁊ ſupponūt qm̄ ſit ⁊ qd ſūt: ſꝫ de paſſionib⁹ hoꝝ ſupponūt qd ſignificēt ſo lū: ſicut arithmetica qd eſt ipar: aut numer⁹ qdrat⁹: aut cubit⁹: ⁊ geometria qd rōnale: ⁊ qd reflexū: ⁊ qd curuū: ⁊ ꝙ he ſcie demrāt has paſſiones: non dico inq̄tū ſunt diffōnes: ſꝫ ea q̄ ſunt diffōnes demrāt per ea p̄n⁹ que ſunt cōia: ⁊ ex ꝯclonib⁹ p̄mis prius demratis.

❡ Ois nāqꝫ demonſtratiua ſcia circa tria v̄ſaꝫ: ſunt eniꝫ ea que ponit eē. Hec aūt ſunt: gen⁹ cuius per ſe affectuū eſt ꝯtēplatrix: ⁊ ea que cōes dignitates dicunꝫ ex qb⁹ p̄mis demōſtrat: ⁊ tertiū affect⁹ quoꝝ qd qſqꝫ ſignificat ſumit. Nihil tn̄ ꝓhibet ſciaꝝ nō nullas: hoꝝ p̄terire nōnulla: veluti gen⁹ nō ſuppo nere eſſe: ſi pateat eē. Nō. n. eque pꝫ numeruꝫ eſſe: ⁊ frigiduꝫ: atqꝫ calidū: ⁊ affect⁹ nō ſumere qd ſignifi cant ſi ſint clari: ſicut nec dignitates: vt qd ſighat eq̄lia ab eq̄lib⁹ auferre: qꝛ eſt notū: ſed nihilo min⁹ hec tria neč̄ia ſūt. Id inquā circa qd̄ ſcia demrāt: ⁊ ea que demōſtrat: atqꝫ ea ex qb⁹ demōſtrat.

T.cō.48. ❡ Ois eniꝫ demōſtratiua ſcia circa tria eſt: ⁊ queciqꝫ eē ponunꝫ. Hec aūt ſūt gen⁹ cui⁹ p ſe paſſionū ſpeculatiua eſt: ⁊ q̄ cōes dicunꝫ dignitates ex qb⁹ primis demōſtrāt: ⁊ tertiū paſſiones quaꝝ qd ſignificet vnaqueqꝫ acci pit. Quaſdaꝫ tn̄ ſcias nihil ꝓhibet ⁊ quedaꝫ hoꝝ deſpicē: vt gen⁹ nō ſupponē eē ſi ſit ma nifeſtū qm̄ eſt: nō. n. ſilr manifeſtū eſt ꝙ nu mer⁹ ſit: ⁊ ꝙ calidū ⁊ frigidū ſit: ⁊ paſſiōes nō recipe eſt qd ſignificent ſi ſint manifeſte: Sicut neqꝫ cōia nō recipit qd ſignificent: vt eq̄lia ab eq̄lib⁹ demere: qm̄ notuꝫ eſt: ſꝫ nihil min⁹ tria hec ſunt neč̄ia: circa qd̄ demōſtrat: ⁊ que demōſtrant: ⁊ ex quibus.

❡ Enumerauit ꝓrio tria q̄ opꝫ p̄eſſe ⁊ p̄accipi ab addi ſcēte in oi demrone: ⁊ adhuc recapitulat ea cōtinuando ſermonē ſuū p̄dictis: vt oſtēdat nob ꝙ lꝫ neč̄e ſit p̄cogno ſci ⁊ p̄accipi a diſcipulo de ſubo ⁊ de his ex qb⁹ ſyllogi zabiꝫ qa ſūt: ⁊ qd eſt ꝙ dr̄: de paſſione ꝯcludēda qd ſi gnificet: nō tn̄ opꝫ ſemp hec oia p̄ſcribi in principijs li broꝝ demrōnū: nec opꝫ ſp ꝙ doctor preordinet hec oia apud diſcipuluꝫ: qꝛ ſi q̄dā hoꝝ in qbuſdaꝫ ſciētijs ſunt nota: ⁊ accepta apud oēm diſcentē abſqꝫ eo ꝙ p̄ſcribā tur vel predoceanꝫ ſuꝑfluū eſſet p̄ſcribere illa vel p̄do cere. Vn̄ ſuꝑſedendum eſt a p̄ſcriptiōe ⁊ p̄ordinatione hoꝝ quorūdaꝫ: vtpote ſi ſint p̄accepta p ſe ab oi diſcen te. ⁊ iſtud qd̄ hic dicit Ari. nō eſt de ſuba hu⁹ ſcie: ſed de bonitate ⁊ cōmoditate docendi ſcias demonſtratiuas.

❡ Dicit ḡ ꝙ ſcia demratiua circa tria eſt que opꝫ diſcē teꝫ ſemp p̄cognoſcere ⁊ p̄accipere anteq̄ꝫ in effectu de monſtret: tn̄ nihil ꝓhibet quaſdā ſcias deſpicere quedā illoꝝ: vt. ſ. nec p̄doceat nec p̄ſcribat vl̄ p̄ordinet ea anq̄ꝫ demonſtret: ſic nō opꝫ de gn̄e ſubo p̄ſcribere ⁊ p̄ſuppo nere qm̄ eſt ſi apud oēm manifeſtū eſt qm̄ eſt. Veluti in ſcia nāli nō opꝫ p̄ſcribere ſicut ſuppōneꝫ qm̄ calidū eſt: vel frigidū eſt: qm̄ hoc eſt notū ſenſu apud quēlibꝫ. Simil'r de paſſionib⁹ qbuſdaꝫ nō opꝫ p̄ſcribere quid ſignificent, vt qñ intentio nois vulgata eſt: ſicut nec de cōibus dignitatib⁹ preſcribit qd ſignificent: qm̄ eoꝝ ſi gnificatio eſt vulgata: tn̄ opꝫ ſemp hec tria p̄accipi ne ceſſario in aio dicētis: ⁊ cū eget illis in demōſtrādo opꝫ vti illis ac ſi eſſent preſcripta ⁊ preordinata.

❡ Capitulum 9m.

Non eſt aūt id ſuppoſitio neqꝫ poſtula tio ſane qd̄ neceſſe eſt eſſe per ſeipſum atqꝫ videri. Demonſtratio nāqꝫ non in oratiōe que eſt extra: ſꝫ in oratiōe q̄ eſt in mente conſiſtit. Qm̄ qdē neqꝫ ratiocinatio vr̄ in illa cōſiſtere. Etenim ſit vt ſemp aduerſus externā oratione per inficiationē obſtetur. At nō ſemp ad uerſus eam que eſt in mente.

Non eſt aūt ſuppoſitio: neqꝫ peti tio qd̄ neč̄e eſt ꝑꝑ ſeipm̄: ſꝫ digni tas: ⁊ videri neč̄e eſt. Nō eſt. n. ad exteri⁹ rōnē: ſꝫ ad eā q̄ eſt in aia: qm̄ nec ſyll's. Semp. n. eſt iſtare ad exteri⁹ rōnē: ſed ad interius rōnem non ſemper. T.cō.49.

Docuit Ariſto. nos quedam qñqꝫ poſſe ⁊ debere omitti in principijs demōſtrationū: vtpo te que ſemp ſūt nota diſcēti: ⁊ ex hoc habem⁹ ꝙ ea que nō ſunt nota per ſe diſcēti non debēt omitti in p̄ncipijs demrationū: vt ſunt ſuppōnes ⁊ petitiōes: vt igit manī feſtuꝫ ſit nobis que pn̄t ⁊ debent omitti in p̄ncipijs de monſtrationū: ⁊ que nō debēt omitti: aſſignat dr̄iā eoꝝ que ſolent preponi in demrōnib⁹ vt ꝑ aſſignatas dr̄ias ſciam⁹ que ſunt omittēda qñqꝫ ⁊ que nunq̄ꝫ omittēda.

❡ Dicit ḡ ꝙ illud qd̄ hꝫ ꝓpter ſeipm̄ ⁊ nō ꝑ mediū ne ceſſitatē vt ſit: ⁊ vt manifeſtū ſit apud oēm intellm̄: nō eſt ſuppoſitio vl̄ petitio: ſꝫ eſt dignitas: qꝛ tale eſt qd̄ ipꝫ per ſe eſt ⁊ qd̄ ꝑ ſe manifeſtū eſt nō eget rōne vel ſyll'o exteriori oſtēdente illud eē: vel aliquo mō explanante illud. Ois v̄o ſuppoſitio vel petitio eget exteriori rōne explanāte vel demōſtrante illud. Dignitas v̄o non eget niſi rōne que ſcita ſit in aīa: ſicut viſus in oculo: ⁊ ſicut luciduꝫ viſibile ad hoc vt videaꝫ nō eget niſi viſu exte riori cadente ſuꝑ ipſuꝫ. Sic dignitas ad hoc vt ſciatur nō eget niſi rōne q̄ eſt aſpect⁹ mētis ſimpl'r ſuꝑ ipſam cadente ⁊ nullo alio explanāte. Sil'r nec ſyll's perfect⁹ eget aliquo niſi rōne ſola q̄ eſt aſpect⁹ mētis ſuꝑ ipſum cadente: ⁊ nullo alio explanāte ipm̄ a. ❡ Cognoſcit aūt veritas ꝓpōnis: cū vr̄ idētitas in ſuba p̄dicati ⁊ ſubti. Et cognoſcit neceſſitas ſylli cū videꝫ idētitas vtriuſqꝫ extremitatis cū medio termio. In quacūqꝫ aūt ꝓpōne ſylli manifeſte ſūt per ſe idētitates iſte, illa ꝓpoſitio eſt dignitas, ⁊ ille ſyll's eſt perfect⁹. Et dico ꝙ dignitas nō eget exteriori rōne: qꝛ ad omne qd̄ eget exteriori rōne: eſt inſtare: ⁊ nō dico ꝙ cōtra oē tale poſſit fieri inſtātia vera: ſꝫ apud ipſuꝫ qui eget exteriori rōne illius nō eſt ipſuꝫ acceptū in oibus. Dicit aūt hic inſtantia acceptio in aliquo ⁊ non acceptio in aliquo. Ad dignitatē v̄o non eſt poſſibile vt afferat quis taleꝫ inſtātiā: qꝛ ipſa neceſ ſario accepta eſt in oibus: habemus itaqꝫ qd dignitas ⁊ eius dr̄iam qua differt ab alijs.

a ❡ Et hoc maxime de ſyll'o nāl'r cōcludē te: qꝛ ſyll's hu iuſmodi ꝯclu dit ꝯclonē il las quam aīa nr̄a ex nā ſua eſt apta elicere ipſos. n. pro ducit cogita tio abſqꝫ cōſi deratiōe: ꝓpter ex Auer. p̄mo hoꝝ, capitu. 5. c. 6.

❡ Qd̄ igit demrari qdem pōt: nō demratū aūt a ſe q̄ſpiā ſumit: id aūt ſupponit ſi ita eē diſcēti vr̄: atqꝫ nō abſolute qdē: ſꝫ ad illū tm̄. i. ſuppō: aūt poſtulat.

❡ Quecūqꝫ igit demonſtrabilia accipit ipſe non demonſtrans. Hec qdeꝫ ſi ꝓbabilia ac cipiat diſcenti ſupponunꝫ: ⁊ ſunt nō ſimpl'r ſuppoſitio: ſed ad illum tm̄. T.cō.50.

¶ Cuꝫ vō aliqd eſt demr̄abile in ſupiori ſcia ſ; accipiat ab addiſcēte ſine demr̄atiōe: ⁊ ipſi ſit improbabile tūc eſt h̄ ipſi ſuppoſitio: ⁊ non eſt ſimplr̄ ſuppoſitio. Simpliciter eniꝫ ſuppoſitio eſt qḋ neqꝫ eſt demr̄abile/neqꝫ eius receptio eſt neceſſaria apud oēs.

¶ Si nulla prorſus diſcēti de hoc opio: vel ēt ꝯria inſit. Atqꝫ h̄ īterest inter ſuppōnē poſtulationēqꝫ. Eteniꝫ id eſt poſtulatio qḋ eſt ꝯriū opioni diſcentis: vel qḋ eſt qdeꝫ demonſtrabile: ſumit aūt quiſpiam illud atqꝫ vtitur non demonſtrato.

T. cō. 51. ¶ Si vō neqꝫ vni⁹ opionis: aut cōtrarie eſſe accipiat: idē petit: ⁊ in h̄ differūt ſuppoſitio ⁊ qō. Eſt.n. qō in cōtrariuꝫ diſcētis opioni: aut ꝙ aliqs demōſtrabile cum ſit accipiat ⁊ vtatur non demonſtrans.

¶ Si vō aliqd eſt demr̄abile in ſupiori ſcia: ⁊ ꝙ ipm nō ſit ꝓbabile diſcēti: vel ſit ēt ei iprobabile: tūc opꝫ vt doctor petat illud a diſcipulo: ⁊ hec eſt petitio vel qō: quia hec eſt dr̄ia petitiōis ſiue qōnis ad ſuppōnē: qꝛ ipſa eſt ꝯria opioni diſcētis: ⁊ tūc eſt qō: aut nō opinata cum ſit demr̄abilis: ⁊ tūc eſt petitio ꝗuis ſit demr̄abilis. Accipit tn̄ ꝑ petitionē doctoris ſine demr̄atiōe: ⁊ vtit illa in demr̄atione. ¶ Sciendꝰ tn̄ ꝙ petitio vocat cōiter oē qḋ accipit ſine demr̄one cū ſit demōſtrabile, ſiue ſit ꝓbabile diſcenti ſiue nō.

¶ Diffōnes igit: cū affirmatiōes: aut negatiōes nō ſint: ſuppōnes nō eſſe patet: quas qdeꝫ vt gen⁹ cōplectit ꝓpoſitio: diffōnes ꝑterea percipiant ſoluꝫ opꝫ: at id non eſt ſuppoſitio: niſi qſpiam ⁊ audire: ſuppōneꝫ dixerit eē. Sed ea ſunt ſuppōnes: que cū ſint: hoc ipſo qḋ ſunt emergit ipſa ꝯclō. Neqꝫ geometra falſa ſupponit queadmodum nōnulli putarunt: qui qdeꝫ inquiūt demōſtrantē falſis vti ſuppoſitionib⁹ nō oportere: geometrā vō falſa ſupponere deſignatā lineā: nūc pedalem: nunc rectā eſſe dicentē: que qdeꝫ nō recta eſt nō pedalis. Nā geometra cū nō ſit ea linea quā deſignauit aut ꝓtulit ore cōcludere ſolet: ſꝫ cū ea ſint que ꝑ illaꝫ ſignificant: ac idicant: que deſignauit ac ꝓtulit ipſe. Inſuper ois poſtulatio ſuppoſitioqꝫ: aut vl'is eſt: aut ꝑticularis. At neutraꝫ iſtoꝝ diffōnib⁹ cōpetit q̄re diffōnes ſuppoſitiōes poſtulationeſqꝫ nō ſunt.

T. cō. 52. ¶ Termini [a] ḡ nō ſunt ſuppōnes: nihil.n. eſſe aut nō eē dicūt: ſꝫ in ꝓpōnib⁹ ſunt ſuppōnes. Termini autē nō: ſꝫ ſoluꝫ itelligē opꝫ: h̄ autē nō eſt ſuppō: niſi ⁊ audire ſuppōnē aliqs eſſe dicat: ſꝫ quorūcūqꝫ exiſtium in eo ꝙ illa ſunt fit ꝯclō. Neqꝫ geometria falſa ſuppōit ſicut qdā affirmāt dicētes: ꝙ nō opꝫ falſo vti: geometrā autē mētiri dicentē vni⁹ pedis eſſe nō vni⁹ pedis: aut rectā ſcriptā nō rectā eſſe: ſed geometra nihil cōcludit ſm̄ hāc lineam quā ipſe poſuit: ſed que ꝑ hoc oſtēdunt. Amplī⁹ petitio ⁊ ſuppō ois: aut ſic totū eſt: aut ſicut in parte. Termini autē neutrum hoꝝ.

a. ¶ Quare diffinitio dicatur terminus. vide Linc. 2° hui⁹ capite 2° in fine.

¶ Diffōnes aūt que ponunt in initijs demr̄onū nō ſunt ſuppōnes: qꝛ ois ſuppoſitio dicit aliqd de aliquo vl' aliqd ab aliq̄: ⁊ eſt ꝓpō ordināſ duas rōnes ſubti.ſ. ⁊ ꝑdicati in ſubō vno vel a ſubō vno: diffinitio vō h̄ nō facit ſꝫ ſoluꝫ explicat reꝫ ſimplicē: ⁊ intell'ſ apprehēdēs diffinitionē indiſtīū eſt diffō nō eſt niſi intell'ſ q̄dāmō ſimplex cadens ſuꝑ vnū explicitū: ⁊ nō eſt intell'ſ cōpoſit⁹ nec ordinatiu⁹ vni⁹ ad aliud: ſꝫ eſt ſicut viſus cadēs ſuꝑ viſibile expāſum ⁊ euolutū: vel ſicut audit⁹ cadens ſuꝑ vocē nō ꝯfuſam: ſed determinatā in ſenſu auditus ſuis differētijs. Unī itell'ſ diffōnis nō eſt niſi ſicut apprehēſio ſimplex: queadmoduꝫ viſus ⁊ audit⁹. Itē ois ſuppoſitio ⁊ petitio an vl'is vel ꝑticularis. diffō aūt neutrum hoꝝ: habem⁹ itaqꝫ dr̄ias dignitatis ſuppōnis ⁊ petitionis ⁊ diffōnis: que ſolent ꝑordinari in ſciētijs demr̄atiuis: ⁊ ex eoꝝ dr̄ijs. Pꝫ nobis ꝙ ſuppōnes ⁊ petitiones non pñt omitti qn ordinent in ꝑncipijs ſciaꝝ demr̄atiuaꝝ. Quaſdaꝫ aūt dignitates ⁊ diffinitiōes ꝯueniēs eſt omitti. In his ēt dr̄ijs aſſignandis inuit Ari. aptē ꝙ ois ſuppoſitio ⁊ petitio vā ē: ⁊ qꝛ qdā putāt hui⁹ oppo[m] remouet h̄ dicēs ꝙ geometer nō ſupponit falſuꝫ: ſꝫ dicat lineā viſibileꝫ q̄ nō eſt rectā aut bipedalis eē rectā aut bipedaleꝫ: nō.n. eſt ei⁹ intētio de hac linea viſibili: ſꝫ de linea intelligibili que ſignificat per lineā viſibileꝫ.

¶ Formas igit aut vnū qd ꝑter ipſa multa nō neceſſe eſt eē ſi demr̄atio eſt: tn̄ veꝝ eſt dicere neceſſario: vnū eſſe de plurib⁹ ꝑdicāduꝫ. Naꝫ ſi id non ſit: vl'e ſane nō erit: at ſi vniuerſale nō ſit: nō erit mediū ipſum: quare nec demr̄atio. Eſſe igit vnum qd opꝫ idēqꝫ de plurib⁹ nō ſolum cōi noie predicādum.

¶ Spēs qdē igit eſſe: aut vnū aliqd ex̄ multa nō neceſſe eſt: ſi demr̄atio erit: eſſe tn̄ vnū de multis veꝝ dicere eſt neceſſe. Nō.n. erit vl'e niſi hoc ſit. Si vō vl'e nō ſit: mediuꝫ nō erit. Quare neqꝫ demr̄atio. Oportet igit aliqd vnū ⁊ idem in plurib⁹ eſſe nō equiuoce. T. cō. 53.

¶ Iſtud pōt cōtinuari ei qḋ ſupra dcm̄ eſt ꝙ demr̄atio eſt ex incorruptibilib⁹. Ex h̄.n. vr̄ ꝙ nō eſt poſſe ponere vl'ia niſi ſeꝑata a ſenſibilib⁹ corpib⁹ [b]. Pōt ēt cōtinuari ꝑrio dictis.ſ. ꝙ dignitas ⁊ ſyll'ſ nō egēt niſi rōne Interiori aſpiciēte pluriū idētitateꝫ in ſubō: ⁊ ꝙ ſuppō ſimplr̄ dicit aliqd de aliq̄: ⁊ duo idē in ſubto: ꝙ ſi hec ſint vā.ſ. ꝙ opꝫ in ꝓpōne vā affirmatiua ⁊ in ſyll'o ꝯuenire plēs rōnes ⁊ formas in ſubō vno: nō opꝫ ponē vl'ia ſeꝑata a ſubis: imo neceſſe eſt ꝙ ſint inuēta in ſubis: ⁊ forte ꝙ Ari. voluit hāc lr̄aꝫ ꝯtinuari nō ſolū vno dictoꝝ modoꝝ ſꝫ vtroqꝫ. Dicit ḡ ſpēs.i. formas ſeꝑatas: qḋ ſic exponit ꝑ ꝓpā vba. Aut vnū aliqd eſſe ex̄ multa nō neceſſe eſt ſi demōſtratio erit: ſꝫ neceſſe eſt vere dicē vnuꝫ de multis ⁊ in multis [c]: aut vl'e nihil eſt. ⁊ ſi hoc: tūc neqꝫ mediū: neqꝫ demr̄atio eſt aliqd: quapꝑ opꝫ ad hoc ꝙ demonſtratio ſit: vnuꝫ vl'e nō equiuocū reperiri in multis.

b ¶ Sciēs ꝙ vl'e in potētia remotiſſima ē eſt ſeparatū a corpe ſenſibili. Sꝫ eſt in ſingulari ſicut pō in toto: ⁊ ꝗ eſt forma ꝑ quaꝫ hoc eſt hoc vt ſupra dcm̄ eſt. Sꝫ vl'e in actu eſt in intellu ⁊ nō in ſingulari. Sꝫ ſeparatū eſt ab eo quia abſtractū ē ab eo ⁊ repoſitū in itellu poſt.

c ¶ Unde in multis eſt per ꝑdicationē:quia vl'e in actu eſt nō ē ſubſiſtens niſi in ſuis particularibus, vt patet: vide Auer. 7° meta. cō. 44. in indiuid. duo nō ē ſubſtātia niſi mā ⁊ ſola pticlaris ex q̄ hoc cōponit.

¶ Capitulum 10[m].

Nulla autem demōſtratio ſumit fieri nō poſſe vt ſimul idem affirmetur atqꝫ negetur: niſi fuerit opus: vt hoc etiaꝫ pacto concluſio demonſtretur.

Contingere autem ſimul affirmare ⁊ negare neqꝫ vna recipit demonſtratio: niſi indigeat monſtrari concluſio ſic. T. cō. 54.

Oſtendit Ariſto. in ꝑrio caplo ꝙ opꝫ ꝑpria ꝑn⁹ appropriari generi ſubto: ⁊ qꝛ h̄ poſſet intelligi

intelligi de pncipijs cōib⁹ que veniūt tñ in demrationē oñsiuā. oñdit in cap̄ isto q̄ etiā pn° cōia que veniūt siue accipiant in demrōnib⁹ ducētib⁹ ad ipossibile: opz apꝓpari gñi subto ꝛ ꝯni. Et dicit etiaz que sunt illa cōia que accipiūtur in talib⁹ demratiōnib⁹: q2 illa cōmunia sunt duo: quoꝝ alterꝝ est nectium. s. de q̄libet affirmatio vel negatio ꝛc. cui nō pōt falsigraphus ꝯdicere. Et reliquū est ipoſe. s. ꝫ de aliq̄ eodē affirmatio ꝛ negatio. Et istud dat falsigraphus spōte sua: nō tñ ꝯcedit istō sum/ ptū cōiter: sꝫ in ꝓprijs terminis. ꝛ deducit ex ꝫ ad ꝯnez ipoſez q̄ abnegat idē a se. Dicit ḡ q̄ nulla demratio recipit affirmatōnē ꝛ negationez eiusdē de eodē: nisi ꝯclo sit talis que nō possit oñdi nisi per affirmatōnē ꝛ negatiōez eiusdē de eodē. Et hec est 15ª ꝯclo huiꝰ scie. Cuius explanatio talis est. In aliqb⁹ demratiōib⁹ ducētib⁹ ad ipoſe puenit deductio ad oppoᵐ alicuiꝰ pncipij vel hostensi in illa scia: aliq̄ vo fit deductio nō ad oppᵐ alicuiꝰ pncipij vel preostēsi in eadē scia: sed ad negationez alicuiꝰ a se: sic facit Arist. in 8° phy. posito q̄ p̄mus motꝰ fuerit oñdit pᵐ motū nō fuisse pᵐ motū. Silr̄ pᵃ demratio deducēs ad ipossibile in 5° liᵒ Euclidis deducit ad abnegatiōez eiusdē a se ꝫ modo. Intendit ibi q̄ due q̄ntitates hñtes ad q̄ntitatē 3ᵃᵐ ꝓporᵗᵉᵐ vnā sunt eq̄les: ꝯdicit falsigraphus ꝛ sumit q̄ due q̄ntitates hñtes ad q̄ntitatem 3ᵃᵐ ꝓporᵗᵉᵐ vnā sunt q̄ntitates ineq̄les ad q̄ntitatez 3ᵃᵐ ꝓportioⁿᵉ. Unde sic syllogizatꝛ: oēs due q̄ntitates ineq̄les ad quātitatē 3ᵃᵐ ꝓportionatē hñt ineq̄les ꝓporᵗᵉˢ ad 3ᵃᵐ: sed due q̄ntitates hñtes ad q̄ntitatez 3ᵃᵐ ꝓporᵗᵉᵐ vnā sunt q̄ntitates due ineq̄les ad 3ᵃᵐ ꝓporᵗᵉ. ḡ due q̄ntitates hñtes ad 3ᵃᵐ ꝓportionez vnā hñt ineq̄les ꝓporᵗᵉˢ ad 3ᵃᵐ. Silr̄ 5ᵃ noni Euclidis. ꝛ. 13. deducit ad ꝫ q̄ nūs qui nō nūat a nūo q̄dā nūat ab eodez. ꝛ sic accidit in multis demrōnib⁹ ducentib⁹ ad ipossibile taz nālib⁹ q̄ȝ mathematicis q̄ȝ moralibus: q2 fit deductio ad abnegationē eiusdez a se. ꝫ aūt nō pōt fieri nisi p syllm ex oppositis: aut p syllm supponētez ea que valēt opposita. Unde in tali demratiōe recipiunt affirmatio ꝛ negatio opposite: quaꝝ alteraz dat spōte falsigraphus ꝯueniens: ꝛ reliquā ꝯcedit nectio: q2 est hostēsa vel hcōcessa inter pnᵃ. Pluries aūt in talib⁹ deductionib⁹ fit syllus ex his que valēt opposita q̄ȝ ex oppositis: q2 falsigraphus raro daret expsse oppᵐ hassumptis sꝫ pluries dat ꝯūsam oppositi alicuiꝰ hassumpti ex qua ꝯueniā ꝛ ex hassumptis syllogizat in pᵃ figᵃ ꝛ ꝯcluditur abnegatio eiusdez a se: sic pꝫ in supiori ꝯne qnti Euclid. Et itelligo hic per opposita nō solū affirmatōnē ꝛ negationez simplr̄: sed etiā in gñe. Dicit ḡ q̄ nulla demratio recipit affirmatōnē ꝛ negationē eiusdē de eodē nisi ꝯclo sit talis que indigeat demrari: sic. i. p affirmatōnē ꝛ negationez oppositam: vt qñ ꝯclo est abnegātio idez a se: sic supior ꝯclo 5ᵃ Euclidis. dicit q̄ eq̄les ꝓporᵗᵉˢ sunt inequales.

Quod quidē fuerit: si sumpserimus affirmare qdē pñmū de medio eē verū: negare aūt verū nō eē. Nihil aūt refert mediū eē atq3 nō eē sumere: ꝛ tertiū pariter mō. Nā si datū est id de quo hoiez dicere verū est: dabit ꝛ id ei quo nō hoiez dicere verꝫ est. Sꝫ si tñ hoc totū sumat: hoiez inq̄ȝ aial: nō aūt nō aial esse. Erit etiaz verū calliā dicere ꝛ nō calliā aial: nō aūt nō aial. Cā aūt est: q2 p̄mū nō solū de medio: sed ēt de alio dr̄: ꝓpea q̄ ad plura sese extēdit. Quare nihil ad ꝯclonem refert: ꝛ si mediū ꝛ ipm̄ est.

Te. 55. Ostēdit aūt accipiētib⁹ p̄mū de medio q̄ verꝫ sit affirmare: negare aūt nō verꝫ: mediuz aūt nihil differt eē ꝛ nō eē accipe. Silr̄ aūt ꝛ tertiū. Si. n. assignet de quo hoiez verꝫ est dicere aial: q̄ȝuis nō hoiez verꝫ. Sed si solū hominē aial esse omne: nō aial autē nō. erit enim verꝫ dicere calliā: ꝛ nō calliaz esse aial. nō aial autē nō. Cā autē est qꝺ p̄mum nō solum de medio: sed ꝛ de alio ꝓpter qꝺ ꝛ in pluribus. Quare neq3 si medium: ꝛ idem est ꝛ nō idē ad ꝯclusionem nihil differt.

Ostēdit aūt hec ꝯclo accipiētib⁹ pᵐ de medio nō per suppōnez falsigraphi: sꝫ q2 verū est pᵐ de medio ꝛ hac ceptū: ꝛ ideo etiā nō verꝫ est negare ꝓpōnē que dicit pᵐ de medio. Et itelligo ꝫ dici de cōiter ad affirmatōnē ꝛ negationem: sic in hscripto syllo qnti Euclidis accipit pᵐ de medio: nō q2 illud dat falsigraphus: sꝫ q2 verū est hdemōstratū: ꝛ ideo negari nō pōt. Mediū aūt ꝛ etiā 3ᵐ sit sumptū cum medio. ꝛ est minor ꝓpositio quā dat falsigraphus cum est assumpta etiā ad maiorē nihil differt ab eo qꝺ est accipe eē ꝛ nō eē sil. ipsa. n. ꝓpositio minor quā dat falsigraphus hꝫ in se iplicitā ꝯditionem: ꝛ ipsa etiā cuz maiori sunt affirmatio ꝛ negatio opposite: vel valet affirmatōnē ꝛ negationē oppositas. Hec aūt lrā scripta ordinat syllos siles hdicto syllo Euclid. Supponit autez exᵐ de syllo ex opposit vt cōpleat totalr̄ modū ꝯcludēdi abnegationē eiꝰ a se. Exᵐ aūt tale est: assignet ſm falsigraphū de quo verꝫ est dicere hoiez q̄ȝuis de eodē verū sit dicere ſm ꝟitatē nō hoiez: vel eꝯ. sit hoc ſm falsigraphum ꝛ pars ꝯtra ſm ꝟitatez: ꝛ nō solū supponat q̄ aliqs idē sit hō ꝛ nō hō: sꝫ ēt ſm falsigraphū supponat q̄ solus hō sit omne aial. i. q̄ hō ꝛ aial ꝯuertant: ꝛ ēt q̄ hō nō sit nō aial: his. n. supposit verꝫ erit dicē q̄ callias est aial: ꝛ q̄ callias nō est aial, ꝛ etiā q̄ callias nō est nō aial. Ex his duob⁹ syllis seqt̄ q̄ callias nō sit callias: hāc tñ ꝯnē Aris. subticet more suo. Expssio ꝟo sylloꝝ est ꝫ. Callias est hō: ꝛ ois hō est aial. ḡ callias est aial. Itē callias nō est hō: ꝛ solus hō est aial: ꝛ q2 omne aial est hō. ḡ callias nō est hō. Itē callias est aial, callias nō est aial. ḡ callias nō est callias. Itez callias est hō: ꝛ hō nō est non aial. ḡ callias nō est nō aial. Itez callias est nō hō: ꝛ ois nō hō est nō aial: q2 hō ꝛ aial ꝯuertunt ex hypothesi. ḡ callias est nō aial. Itē callias est nō aial: ꝛ callias nō est nō aial. ḡ callias non est callias. Duplici itaq3 medio. s. per aial, ꝛ non aial oñdit q̄ callias nō est callias. Et cū hꝰ. s. q̄ duplici medio oñdit est: q̄ pᵐ. i. callias ſm q̄ est maior extremitas: nō solū dr̄ de medio qꝺ est aial: sꝫ ēt de alio: vt de nō aiali. ꝛ pp ꝫ nihil differt ad hāc ꝯnē q̄ callias nō est callias siue sumat vnū ꝛ idē meᵐ siue plura ꝛ diuisa. Lrā hdicta expositio ꝯueniēs sit scie demratiue: vr̄ tñ q̄ snia hdicte lrē possit eē ista. Nulla demratio vtit opposit nisi ipa ꝯclo sit ꝯtexta ex opposit: sic accidit in scia nāli q̄ ꝯcludunt ibi ꝯnes cōtexte ex opposit q̄lis est hec ꝯclo in liᵒ de ala sensus cōis est diuisibilis ꝛ indiuisibilis. ꝛ ꝫ est oppositio: tñ nō est oppō simpr̄: q2 sensus cōis nō ſm idez ꝛ eodē mō est diuisibilis ꝛ indiuisibilis. Cū aūt ꝯcludunt tales ꝯnes maior ꝓpō simpr̄ est ex opposit: que oppᵃ sunt cāe oppᵗⁱˢ in ꝯne. Lrā aūt aliaꝝ trāslationuz, ꝛ snia Themistij neutri hdictaꝝ sniaꝝ vr̄ ꝯcordare. Snia aūt Themistij vr̄ esse ista. s. q̄ nulla demratio hordinat iter pnᵃ sua ꝫ pnᵐ cōe: affirmatio ꝛ eiꝰ negatio nō ꝟificant sil' in eodē: q2 ꝫ est manifestissimū. Sed tñ demrator vtit isto pnᵒ: cū eget eo. Eget aūt ipso cū vult oñdere ꝯnē que affirmat aliquā dispōnē de aliq̄ cū negatōe ꝯtrij eiusdē dispōnis de eodē sic cū vult oñdē tales ꝯnes mūdus est finitꝰ ꝛ nō est infinitꝰ. phat

eiꝫ h̄ ꝯclo h̄ mō. Omne corp⁹ eſt finitū ⁊ nō eſt nō finitū. Et aūt omne corpus ſit finitū pbabit p demſ̄ratiōeꝫ nālē. ꝙ aūt nō ſit nō finitū dr̄: p h̄ ꝙ affirmatio ⁊ eī⁹ negatio nō ꝟificāt in eodē. Et ex h̄ ſeqt̄ ꝙ omne corp⁹ ſit finitū ⁊ nō ſit īfi͞n: mūdus aūt eſt corpus. mūdus igit̄ eſt finit⁹ ⁊ nō īfinit⁹. ¶ Opꝫ igit̄ ſm̄ hāc expōnē ſic legere līāꝫ. | Neqꝫ vna demōſtratio recipit. i. ꝑordinat iter ſua pn̄ª: h̄. ſ. nō ꝯtinget ſil' affir͞e ⁊ negare. | Opꝫ. n. vt negatio hui⁹ dictiōis neqꝫ abneget h̄ vbū ꝯtingē: cū eo qđ ſeqt̄. Sꝫ tñ demſ̄ator vtit̄ h̄ pn̄ᵒ cum indiget ipo ad ꝯclſionē ſue ꝯnis. Oñdit̄ aūt ꝯclo p h̄ pn̄ cuꝫ p͞m accipit̄ de medio: ꝙ veꝝ ſit affir͞e p͞m de medio: ⁊ nō ſit veruꝫ negare idē p͞m de medio: ſic cū accipit ꝙ veꝝ ſit affirmare finituꝫ de corpe: ⁊ nō ſit veꝝ negare finitū de corpe. Multotiēs aūt accidit ꝙ ſb tali pdicato qđ dicit aliqꝫ diſpōnē cuꝫ negatione ꝯtraj ſumit̄ me͞m cui⁹ medij negatio etiā pōt ſbijci eidē pdicato ⁊ ſub tali p͞o ⁊ tali medio multotiēs ſumit̄ minoꝛ extre͞m cui⁹ ēt negatio pōt ſbijci eidē. Uelut ſi ſic dicat̄. Oīe fridū humidū eſt albū ⁊ nō eſt nō albū. Flegma āt eſt frig͞m humidū. ḡ eſt albū ⁊ nō eſt nō albū. pōt ēt h̄ vere. ſ. dici: qm̄ nō frig͞m humidū eſt albū: ⁊ nō eſt nō albū: qm̄ calx que eſt calida ⁊ ſicca eſt alba ⁊ nō eſt nō alba. Silr̄ nō flegma eſt frig͞m humidū ⁊ albū ⁊ nō nō albū: qꝛ nix eſt frida ⁊ hūida ⁊ alba ⁊ nō nō alba. ¶ Hoc eſt ḡ qđ dicit Ariſt. | Mediū aūt nihil differt accipe eē ⁊ nō eſſe | ſilr̄ aūt ⁊ 3͞m. Et nō eſt itelli͞m vl̄r: ꝙ me͞m aut minoꝛ extremitas ſint ſp̄ talia: qꝛ mediū erit in potiſſima demſ̄one ꝯitibile cū maioꝛi vel cū minoꝛi: erit. n. alteri⁹ diffō. ª Supponit aūt Ari. ex͞m vbi ſumit̄ me͞m affir͞e ⁊ negatiue ſub maioꝛi. ⁊ ſilr̄ extremitas minoꝛ dicēs. Si affirmat̄ de aliq̄ vt de callia: p h̄ hoīeꝫ me͞m veꝝ. veꝝ eſt dicere ipm̄ eſſe aīal ⁊ nō eē nō aīal: lꝫ ſumamus nō hoīeꝫ me͞m: veꝝ erit dicere de nō hoīe: qm̄ ipſꝫ eſt aīal ⁊ nō eſt nō aīal. Aſinus. n. eſt aīal: ⁊ nō eſt nō aīal: ⁊ ne putaremus ipm̄ vl̄r dicē ꝙ tale pdicatū qđ dicit diſpōnē cū negatiōe ꝯtraj ſp̄ dicat̄ de medio ⁊ ipi⁹ oppoſito: ipe iterponit ꝙ nō ſp̄ currit res ſic: ⁊ ſi ſolū hoīeꝫ veꝝ eſt eē aīal. q̄ſi diceret. nō currit ſp̄ res pdicto mō: ſꝫ ſi hō ⁊ aīal ꝯitterent̄. veꝝ eēt dicē hoīem eē aīal ⁊ nō eē nō aīal. aīal aūt nō referet̄ ad id de q̄ dr̄ hō: vt ad calliā ⁊ ad hoīeꝫ ⁊ nō ad nō hoīeꝫ. Et ſilr̄ de minoꝛi extremi͞te affir͞a ⁊ negata dr̄ tale pdicatuꝫ: ſic de callia dr̄ ꝙ ipe eſt aīal: nō aīal aūt nō: ⁊ de nō callia ſilr̄. Cā aūt hui⁹ rei. ſ. ꝙ p͞m dr̄ de medio affirmato ⁊ negato eſt ꝙ p͞m eſt in plus q̄ꝫ mediū. Uñ nihil differt qñqꝫ ad talē ꝯnem pbādaꝫ ſiue mediū ſumat̄ affirmatū ſiue negatum.

ª ¶ Mediuꝫ i demſ̄one potiſſima eſt aut diffō ſubiecti aut paſſionis. Sꝫ paſſionis ſolū videt̄ dicef 2ᵒ hui⁹ capite 5ᵒ. circa ꝯcluſionem. 32.

¶ Hoc aūt omne inqꝫ affirmādū aut negādū eē ea demſ̄ratio ſumit: qua deducit̄ ad id qđ fieri nequit: nec tñ ſemp vl̄r: ſed qđ ſatis eſt gn̄i: circa qđ genus demſ̄ones afferunt̄: ſicut ⁊ p͞us eſt dictū.

T. c. 56. ¶ Omne autē affirmare ⁊ negare: que eſt ad īpoſſe demſ̄ratio accipit: ⁊ h̄ neqꝫ ſemp vl̄r: ſed quātuꝫ ſufficiēs eſt. Sufficiēs aūt eſt in genere. Dico autēꝫ in gn̄e vt circa qđ genus demſ̄rationes fert: ſicut dictū eſt prius.

16ª ꝯclo. ¶ Decimaſexta ꝯclo eſt iſta. Demſ̄ratio ducēs ad īpoſſe recipit h̄ pn̄͞m cōe. de q̄lꝫ affirmatio vl̄ negatio: nō vl̄r ſꝫ ꝑpoꝛ͞ꝫ gn̄i ſubō. Sciēdū tñ ꝙ ſm̄ ſn̄iaꝫ Them. ꝙ demſ̄ eſt h̄ de iſto cōi pn̄ᵒ: ⁊ de pōri. ſ. ꝙ de eodē affir͞e ⁊ negatio nō ſunt vera: totū eſt de cōītate docēdi ſpāles demōſtratores: ⁊ nō de ſba hui⁹ ſcie. ⁊ h̄ eſt totū de ſupioꝛi caᵒ. Et aūt ſyllō ad īpoſſe ſumat h̄ pn̄͞m manifeſtuꝫ eſt ex liᵒ prioꝝ. Et aūt ꝑportionet̄ gn̄i ſbō: pꝫ ex 14ᵒ huius.

¶ Cōueniūt aūt iter ſeſe ſciētie oēs in hiſce que cōia ſunt: nō in hiſce de q̄b⁹ demſ̄rant: nec in his ēt que demſ̄rant. Cōia aūt ea dico q̄b⁹ ſic vtunt̄ vt ex ipſis demſ̄rant. Differēdi q̄ꝫ facultas cuꝫ oīb⁹ ꝯuenit: ⁊ ſi qua vl̄r ipſa cōia oſtēdē nitat̄: velut omne q̄duis affirmet̄ aut neget̄ opꝫ: vel ab equalib⁹: dēptis equalib⁹ equalia ſunt ea que reſtāt: vl' taliū aliqua. Atqꝫ ipa differēdi facultas nō eſt ſic diffinitoꝝ q̄rūdam: neqꝫ generis cuiuſdā. Nō n. iterrogaret. Demſ̄ranti nāqꝫ nō licet interrogare: ꝓpterea ꝙ ex oppoſitis nō oſtēdit̄ idem. Hoc aūt demōſtratum eſt in hiſce que de rōcinatione ſunt pertractata.

T. c. 57. ¶ Cōicāt autēꝫ oēs ſeſe ſm̄ cōia: cōia aūt dico q̄bus vtunt̄ tanq̄ꝫ ex his demſ̄rantes: ſꝫ nō de q̄b⁹ demſ̄rant nec q̄s demſ̄rant. Et dialectica oīb⁹: ⁊ ſi aliq̄ vl̄r tētet mōſtrare cōia: vt ꝙ oē affirmare aut negare: aut ꝙ eſt eq̄lia ab eq̄libus: aut q̄libet taliuꝫ. Sꝫ dialectica nō eſt ſic diffinitoꝝ quoꝛūdā: nec gn̄is alicui⁹ vni⁹ eſt: nō. n. iterrogaret. demſ̄rantēꝫ. n. nō eſt iterrogare ꝑꝑ id qđ oppoſitoꝝ eē nō demſ̄rat idem. oñſum aūt h̄ eſt in his que de lōgiſſimo ſunt.

¶ Dictū eſt ꝙ demſ̄ratores vtunt̄ cōib⁹ pncipijs appropriatis. ſ. gn̄i ſubō. Sed ex h̄ dico ꝯñs eſt dubitatio: an illa cōia ſint cōia ſciētijs mathematicis ſolū: an ⁊ illis ⁊ alijs. ꝑꝑ h̄ ꝯſiter determinat Ari. ꝙ cōia pn̄ª q̄b⁹ vtunt̄ demſ̄ratores ſpāles ſunt cōia oīb⁹ ſciētijs. Et iſta ꝑpoſitio. ſ. ꝙ oēs ſcie in cōib⁹ pncipijs cōicāt nō eſt ꝑpa hui⁹ ſcie: ſꝫ magis eſt cōis ad logicū ⁊ meta͞m. De cōplemēto tñ ꝯſiſtat hui⁹ ſcie eſt: vt hic dicat̄. Dicit ḡ ꝙ oēs ſcie cōicāt in pncipijs cōib⁹ ex q̄b⁹ fit demſ̄ratio: ſꝫ nō cōicāt in ſubīs de q̄b⁹ demōſtrāt: neqꝫ in paſſionib⁹ q̄s demōſtrāt. Et dialectica cōicat cuꝫ ſciētijs in pncipijs cōib⁹ ⁊ ſilr̄ meta͞m: qꝛ pn̄ª cōia aut dr̄ diſpōnes enūtiationis: vt de q̄libet affirmatio vel eī⁹ negatio eſt vera: aut dr̄ diſpōnes q̄ntitatis: vt ſi ab eq̄lib⁹ eq̄lia demas ⁊c̄. Manifeſtuꝫ eſt aūt ꝙ diſpōnes enūtiatiōis ſunt cōes oī ſcie tā ſpāli q̄ꝫ cōi. Diſpōnes aūt q̄ntitatis ſunt cōes oīb⁹ ſciētijs mathe͞m: qꝛ oīs mathe͞a circa q̄ntitates eſt. Et etiā diſpōnes q̄ntitatis ſunt cōes ſcie nāli: eo ꝙ nālis ſubiecti corpus q̄ntū mobile: ⁊ ille ſunt etiā cōes phīe p͞e: qꝛ phīa p͞a ſtabilit q̄ntitatē ⁊ diſpōnes eius p͞e cōes: ⁊ pn̄ª que dicūt ſup q̄ntitatē ſuas p͞as diſpōnes: ⁊ etiā ſi eget aliq̄ mō demſ̄onis demſ̄rat in ea. ⁊ hāc phīaꝫ p͞a ⁊ eius opus circa pn̄ª tetigit Ariſ. cuꝫ dixit. | Et ſi aliq̄ vl̄r tētet mōſtrare cōia. | Dialectica etiā cōicat in pncipijs cuꝫ oīb⁹ alijs ſciētijs: qa ipa habet viā ad oīuꝫ pn̄ª ſi egēt aliq̄ mō explanatiōis: ⁊ ipa etiā ſyllogiꝫat ex pncipijs oīuꝫ: eius etenīꝫ eſt ꝑblema ꝯſtruē: vel deſtruē ꝑbabilr̄: ⁊ eſtat̄ pncipijs cōib⁹ vtit̄ demſ̄ratoꝛ inq̄tuꝫ ſunt nec͞ia: ⁊ fine ſcie: vtit̄ dialecticus inquātū ſunt ꝑbabilia: ⁊ fine opiōis. ⁊ lꝫ dialectica ſic cōicet cum oīb⁹ alijs ſciētijs: tñ in h̄ differt ab oīb⁹ ꝙ oēs alie hñt genus ſubm̄ deter͞m: cui⁹ per ſe paſſiones demſ̄rant. lꝫ. n. ſbm̄ meta͞e ſit cōe ad oīa ſbā aliaꝝ ſciaꝝ: tñ ipa nō demōſtrat niſi p ſe īherētia ſubō ſuo: ᵇ ⁊ nō deſcendet vt demōſtret ꝑprias paſſiones de ſubīs iferioꝛib⁹ niſi p mō͞m ſcie ſbalternātis. ᶜ Dialectica vō lꝫ inquātū ipa eſt ſcia ⁊ pars phīe hꝫ ſbm̄ ꝑpriū. ſ. ſcdas itētiones que apponunt̄ itētionib⁹ pmis inquātū per eas ꝯuenit̄ de cognito ad incognitū: tñ inquātuꝫ ipa eſt ars

ᵇ ¶ Et ſic paſſiones demōſtrant̄ de ſubō analogice: ⁊ ꝯs ius oppo͞m aſcit aliq.

ᶜ ¶ Ex h̄ ad nō hīs ꝙ metaphyſica ſbalternet ſibi alias ſciētias.

Nālis ſubiectū corpus q̄ntū mobile.

Dialectica vt eſt pꝰ phie ꝑ ꝓpꝛiũ habꝫ ſubiectum. Sed vt eſt inſtrm phie nõ habet ſubiectũ ꝓpꝛiũ.

eſt ars ⁊ inſtrm phie nõ hꝫ ſbm ꝓpꝛiũ:qꝛ ipa inueſtigat per viã opionis ⁊ ꝓbabilitatꝭ de omni ſbto ſuas diſpõnes tñ ꝓpas ꝗ̃ cõcꝛe:⁊ ſic põt iterrogare vtrũqꝫ oppoſitoꝝ:eo ꝙ in eiꝰ ꝓceſſu ſit pꝰ viã ꝓbabilitatis oñdẽ oppoſita:nec demſatoꝛ:nec ipa dialectica:vel ſophiſtica inqͣ̃tũ eſt pars phie ⁊ habet ſubm ꝓpꝛiũ oñdit oppoſita.ſi nis.n.cuiuſlibet artificis circa ſubm ꝓpꝛiuꝫ ⁊ paſſiones ꝓpas eſt ſciẽtia que cadit ſup verũ tñ:⁊ nõ opinio ſola que cadit ſuper verum ⁊ falſum.

℄ Capitulum xm.

Quod ſi eadẽ eſt iterrogatio rõcinatiua ⁊ ꝓpoſitio ꝯdictiõis:ſunt aũt in vnaqꝫ ſcia ꝓpões ex qbꝰ vniuſcuiuſqꝫ ꝓpa cõficiꝭ rõcinatio:erũt porro qdã iterrogationes ad ſingulas ſcias attinẽtes:ex qbus fit cuiuſqꝫ ꝓpa rõcinatio. Pꝫ ꝗ̃ nõ oẽm iterrogationẽ geometricã eẽ:nec ad medẽdi artẽ oẽꝫ accõmodari:⁊ pari mõ de ceteris. Sꝫ aut ea ex qbus aliqd oſtẽdiꝭ:de qbꝰ eſt ipſa geometria:aut ea que ex eiſdẽ demſanꝭ:ex qbꝰ geometria demſat:qualia ſunt ꝑſpectiua. Idẽ eſt ⁊ in ceteris itelligẽdũ. Atqꝫ de his ipſis reddẽda qꝫ ratio eſt ex geometricis ꝓncipijs:ꝯcl'onibuſue:ſꝫ de ꝓncipijs non eſt reddẽda rõ geometre:vt eſt ꝓfeſſoꝛ geometrie. Eadẽ ſunt ⁊ in ceteris ſciẽtijs obſuãda. Nec igiꭍ artificẽ quẽqꝫ queuis ꝑcitari:nec ad qͣ̃uis iterrogatiões de ſingulis rñdere opꝫ:ſed ea tñ que in ſcia ſua determinata ſunt. Qͦ ſi qſpiam cuꝫ geometra vt geometra eſt:ſic diſſeruit:patet ⁊ bñ illũ eẽ diſceptaturũ:ſi ex his ꝓtẽderit aliqd. Qͦ ſi nõ ħ diſſeruerit modo:nõ bñ ſine dubio diſceptabit. Patet etiã illũ nõ redarguere geometrã niſi per accñs. Quobꝛeꝫ iter ignaros geometrie de geometria diſſerẽduꝫ nõ eſt. Latebit enim is qui dixerit praue. In ceteris etiã ſcientijs res ſeſe habet ſimiliter.

T.c.58. Si autẽ idẽ eſt ſyllogiſtica iterrogatio ⁊ ꝓpoſitio ꝯdictionis. Propões aũt ꝫm vnãquãqꝫ ſciam ex qbꝰ eſt ſyllꝰs. Scðm vnamquãqꝫ erit vtiqꝫ aliq̃ iterrogatio ſcibilis:ex qbus qui eſt ꝫm vnãquãqꝫ ſciam ꝓpꝛiꝰ ſit ſylls. Manifeſtuꝫ vtiqꝫ ꝙ nõ ois interrogatio geometrica erit:neqꝫ medicinalis. Sed ex qbus aut mõſtraꭍ aliqd de qbꝰ geometria eſt:aut ex eiſdeꝫ mõſtraꭍ geometrice:ſicͭ ꝑſpectiua:ſilr autẽ ⁊ in alijs. Et de his qdẽ ⁊ rõnẽ ponẽdã eſſe ex geometricis principijs ⁊ ꝯcl'onibꝰ:ſed ex nõ geometricis principijs ⁊ ꝯcl'onibꝰ:nõ ponẽdã rõnem eſſe geometre ꝫm ꝙ eſt geometer. Silr aũt ⁊ in alijs ſciẽtijs. Neqꝫ oẽm iterrogationẽ vtriqꝫ eſt vnũquẽqꝫ ſciẽteꝫ iterrogare:neqꝫ ꝫm omne iterrogatũ rñdere vnoqꝫ:ſed que ſunt ꝫm ſciam determinatã. ſi aũt diſputabit cum geometra ꝫm ꝙ eſt geometra manifeſtuꝫ eſt qm̃ ⁊ bñ:ſi ex his aliquid demõſtret. ſi xͦo nõ:nõ bñ. Manifeſtum eſt ꝙ nõ arguit geometrã:ꝫ niſi ꝫm accñs. quare non vtiqꝫ erit ĩ nõ geometricis de geometria diſputãduꝫ. Latebit enim praue diſputãtẽ. ſilr autẽ ⁊ in alijs ſe habet ſcientijs.

Capitulũ 11m. aſ ꝫm ſniaꝫ Themiſtij ꝯueniẽtiꝰ poniꭍ iſtud cap. 10m. Quia ſicͭ ꝑactũ eſt ꝫm eius ſniam nõ diuidẽdũ eſt ſupius capm in duo. Oſtẽſuꝫ eſt in. 12. huius ꝙ ois demſatio eſt ex ꝓncipijs ꝓpꝛijs. Vñ ſicut dictum eſt in 14ͦ. Cõis pñꝰ neceſſe eſt fieri ꝓpa cũ eius vniꭍ demſatoꝛ. Ex his aſcẽdit hãc 17ͣ ꝯneꝫ.ſ. ꝙ ois queſtio quã querit demſatoꝛ eſt ex ꝓpꝛijs. Cuiꝰ ꝓbatio eſt hec. Ois q̃ſtio quaꝫ querit demſatoꝛ fit eadẽ ꝯclo:⁊ poſt ꝓpoſitio ex qua demſaꭍ. ois aũt ꝓpoſitio ex qua demſat eſt ex ꝓpꝛijs. igiꭍ ois q̃ſtio quã queris demſatoꝛ eſt ex ꝓpꝛijs. ℄ Itẽ ſi ois q̃ſtio quã querit demſatoꝛ ſequiꭍ ex ꝓncipijs ꝓpꝛijs:⁊ ois q̃ſtio ⁊ cõcluſio que ſeqꭍ ex ꝓncipijs ꝓpꝛijs eſt ex terminis ꝓpꝛijs. ꝗ̃ ois q̃ſtio demſatiua eſt ex ꝓpꝛijs. Iſtos duos ſyllos cuꝫ ſua ꝯne dicit Ari. more ſuo itricate:⁊ ſenſus xͦboꝝ ipſius eſt iſte. Si ois iterrogatio quaꝫ ſyllogiꝫat demſatoꝛ eſt eadẽ cum ꝓpõne demſatiua:que ponit alterã pꝛẽ triũ ꝯdictionis:⁊ ꝓpões demõſtratiue ex qbꝰ eſt ſylls ꝓpꝛia in vnaquaqꝫ ſcia ſunt ꝓpões ꝓpꝛie ꝫm eãdeꝫ ſciam. ſi inqͣ̃ ita eſſent: itaqꝫ demõſtratoꝛis iterrogatio ſcibilis ex ꝓpꝛijs:⁊ loco huiꝰ ꝙ dico ex ꝓpꝛijs. ponit Ariſ. hãc lr̃aꝫ ex qbꝰ qui eſt ꝫm vnãquãqꝫ ꝓpꝛiꝰ ſit ſyllus. q̃ſi diceret. demõſtratoꝛis iterrogatio demõſtrabilis ⁊ ſcibilis erit de nũo illoꝝ ex qbꝰ cuꝫ ꝓbaꭍ ſit ꝓpꝛius ſylls ꝫm vnãquãqꝫ ſciam. ⁊ ſic poniꭍ aĩs pro ꝯñte. ⁊ ħ facit ideo:qꝛ in eodẽ ſmone ꝫm aliũ itellcm vult ꝯglutinare mediũ ſcði ſyllĩ. q̃ſi diceret. demõſtratoꝛis iterrogatio ex illis ex qbꝰ fit ſylls ꝓpꝛius in vnaquaqꝫ ſcia:⁊ ita per ꝯñs ipſa iterrogatio eſt ex ꝓpꝛijs. Et ex ħ ſeqꭍ ſicͭ coꝛrelariũ ꝙ diuiſe ſcie nõ cõmunicãt in q̃õnibꝰ ſuis:⁊ ꝙ ois iterrogatio nõ eſt cuiuſlibet ſcie:neqꝫ determinet aliqs ſpãlis artifex in quãtũ huiꝰ q̃ões alteriꝰ ſcie:neqꝫ rñdet de illis niſi ꝫm accñs:⁊ lr̃a vſqꝫ ad| Quã aũt ſunt geometrice iterrogationes |plana eſt. ℄ Si aũt obijciat qꝛ:ꝙ tam nãlis ꝙ̃ aſtronomus iterrogat ⁊ ꝯcludit ꝫ per diuiſa media:qm̃ terra ⁊ luna ſunt ſpherice. ⁊ ita cõicãt in q̃õnibꝰ. ℄ Reſpõdeꭍ ei ꙗ nãlis accipit hãc inqͣ̃tũ ſunt ſube corpꝰales nãles mobiles. mathcꝰ xͦo accipit inquãtũ ſunt ſoluꝫ magnĩ mobiles. Magnitudo.n. mobilis eſt ſubiectũ aſtronomi. ℄ Qͦ ſi obijciat de terra ꙗ ipa eſt imobilis localr̃. ⁊ ita ſilr imobilis in ꝯſidẽre aſtronomi. nõ.n. ꝯſiderat aſtronomus alterationes ſiliꝰ. ℄ Reſpõdeꭍ ei ꙗ aſtronomus ꝯſiderat eã in cõparatione ad magnitudines celeſtes mobiles:⁊ ita in ꝯſideratiõe aſtronomi nõ eſt ipſa abſoluta penitus a motu.

Dubitatio

Solo

Obio 2ª.

Quid ſit ſubꝫ aſtronomi:⁊ qͦ aſtronomus cõſiderat terram.

℄ Cum aũt iterrogationes ſint geometrice:ſunt ne ⁊ ingeometrice: Et iterrogationũ he que ab ea ꝓdeũt ignoꝛatione que eſt diſpoſitio:geometrice ne ſunt:⁊ in quacũqꝫ facultatuꝫ ſilr̃. Preterea vtra rõcinationũ ab ignoꝛatione ꝓficiſciꭍ:vtrum ea que ex oppoſitis ꝯſtat:an ea que conſtructa eſt vitioſe. At.n. in geometrice iterrogationes:aut ex geometria ſunt:aut ex alia facultate. Nã muſica qdẽ iterrogatio:ſi de geometria fiat:in geometrica eſt. At equediſtãtes putare ꝯcurrere:tum geometrica:tuꝫ in geometrica eſt. Duplex eſt.n. in geometricũ:⁊ ꝓinde atqꝫ iforme:atqꝫ alterum ex eo qꝛ nihil habet geometrie:vt iforme:qꝺ vacat forma. Alteꝝ ex eo

q2 aliqd eius praue cōplectiť: vt ifozme: qḋ turpem habet formā fedāqȝ. At hec ignoratio: ꝛ que ex talibus est ꝑncipijs geometric ꝯtrie est.

T.c.59. ¶ Om̄ aūt sunt geometrice iterrogatōes: nōne sunt ꝛ non geometrice: Et ꝑm vnāquāqȝ sciam: ꝛ que ꝑm ignorātiā geometrice sunt: Et vtruȝ ꝑm ignorāriam sit qui ex oppositis syll's: aut paralogismus. Scōm geometriaȝ aūt: aut ex alia arte vt musica est iterrogatio nō geometrica. De geometria ꝟo paralellas coincidere opinari geometrica quodāmodo est: ꝛ nō geometrica alio modo. dupl'r. n. est hoc: sicut arithmon. ꝛ altera quideȝ nō geometrica: eo ꝙ re se habet sicut arithmon: altera ꝟo fit in praue habēdo. ꝛ ignorātia hec que ex hui⁹ principijs ꝯtraria est.

℄ Deinde hac tm̄ figura ipſius qd eſt venari ſciam
poſſumus. In figura nāq̄ʒ media nulla fit affirma‑
tiua rōcinatio: ſcia v̄o ipſius qd eſt: affirmatiōis ni
miruʒ eſt. In vltima v̄o fit quideʒ: at nō eſt vlis vt
pʒ: ipſuʒ aūt qd eſt vliuʒ eſſe cōſtat. Nō enī aliqua
ex parte homo eſt animal bipes.

T.cō.70. ℄ Poſtea ipſius q̄ qd eſt ſciaʒ ꝑ hanc ſolam
figurā venari poſſe eſt: in media.n. figura nō
fit cathegoric⁹ ſyllo: ſed ipſius q̄ qd eſt ſcia
eſt affirmationis. in vltima aūt fit qdeʒ: ſed
nō vl̄r: ſʒ id q̄ qd eſt vliuʒ eſt: nō.n. quodā‑
modo eſt animal bipes homo.

℄ Itē ex demr̄one fcā in p̄mo mō p̄me figure pōt exhi
a ℄ Capite 10. ꝯcluſione 41. diffō ſicut docebit̄ in 2° lib.ᵃ Ex alio aūt mō nō poteſt
exhi diffō: q̄ oīs ali⁹ modus cuiuſcūq̄ʒ figure: aut ē ne‑
gatiu⁹: aut ꝑticularis. diffō aūt dʒ eē affirmatiua ⁊ vlis
de diffinito. Cuʒ aūt diffō faciat maxīe ſcire ꝑ hūc mo‑
Dubitatio duʒ erit maxīe ſcia. ℄ Sed vr̄ ꝙ ex ſyllo negatiuo q̄
demr̄at ꝑꝑ qd pōt exhi diffō: q̄ mediū demr̄atiuū: ⁊ cā
⁊ diffō idē ſunt: vt poſtea patebit. Ex h̄ et pʒ experimē‑
to: q̄ exēplo demr̄onis negatiue ꝑꝑ qd: ꝓrio ꝓpoſito
pōt elici diffō figure inſcriptibilis circulo: hec.ſ. figura
inſcriptibilis circulo eſt figura rectilinea hn̄s centrum
Solutio vnicū. ℄ Et dico ad h̄ ex p̄mo mō figure pōt exhi diffi
nitio ſimpl̄r: q̄ ex ipſo ſolo exhibet̄ oīs diffō: tam illa q̄ eſt
p̄n⁹ demr̄onis: q̄ illa q̄ eſt ꝯclo demr̄onis: ⁊ q̄ illa q̄ eſt
demr̄atio ſola poſitiōe differens. Ex negatiuo aūt ſyllo
pōt exhi diffō q̄ eſt p̄n⁹ demr̄onis: ſʒ alie due diffōnes
nō: q̄ negatiu⁹ ſyllo nō pōt ꝯcludere diffōnē mālez de
b ℄ Nō dicit q̄ h̄ eſt locus fortis ad ꝓbā dū ꝯcloneʒ eſt gūt ſyllo. diffinito.ᵇ Vn̄ hec diffō nō pōt exhi a ſyllo negatiuo: ⁊
ꝑꝑ h̄ nec diffō cōpoſita ex hac ⁊ diffōne foꝛali. Eſt igit̄
intētio Ari. vt dicat diffōneʒ ſimpl̄r.i. oēʒ diffōnē poſſe
venari ex ſolo p̄mo modo prime figure.

℄ Inſup hec figura ceteraꝝ nō idiget figuraꝝ. At
indigent huius ille ꝑfectoꝛ: nam hac denſant̄ atq̄ʒ
accreſcunt: quouſq̄ʒ ad ea ꝑueniant que medio va‑
cant. Patet igitur primā figuram exactiſſimaʒ atq̄ʒ
accōmodatiſſimā ad ſciētiam eſſe.

℄ Ampli⁹ hec q̄dē illis nihil indiget: ille aūt ꝑ T.cō.71.
hās denſant̄ ⁊ augmētant̄ quouſq̄ʒ vtiq̄ʒ ad
imediata veniat. Manifeſtū igit̄ eſt q̄ ma‑
xime ſcie: ꝓpria eſt prima figura.

℄ Itē p̄ma figura per ſe facit ſcire: alie aūt ꝑ hāc: q̄ oēs
reſoluūtur in iſtā. Cum ḡ oē illud ꝑꝑ q̄ fit magis q̄ id
q̄ eſt ꝑꝑ id: manifeſtū eſt ꝙ hec magis facit ſcire. Et di
co. et ꝙ p̄m⁹ modus hui⁹ figure magis q̄ alius modus
eiuſdē figure: q̄ oēs ꝑ virtutē modi p̄mi ſūt neceſſarij.
Hec.n. regula eſt virt⁹ neceſſitatis ſyllogiſtice: q̄ vni ⁊ eidē
eadē ſunt/ſibiinuicē ſunt eadē: ⁊ hec eſt maxīe ſaluata
in p̄mo mō ᶜ: ⁊ ꝯr̄r in oīb⁹ alijs modis taʒ affirmati‑ c ℄ Sic ⁊ rō dici de oī maxime ſaluat in p̄mo modo.
uis q̄ negatiuis. ℄ Q̄ aūt dicit Ari. ꝙ alie figure den‑
ſant̄ ꝑ p̄mā donec veniāt in īmediata: nō eſt h̄ intelligē‑
duʒ de p̄ncipijs imediatis ex qb⁹ ſyllogizat̄: ſʒ de cōple‑
xione ſyllogiſtica ꝑ ſe nota ⁊ ime⁹. Neceē eſt.n. ad h̄ vt
hēam⁹ cōpletā ſciaʒ: vt ſit demr̄atio ex p̄ncipijs ꝑ ſe no
tis ⁊ ime⁹: ⁊ vt ſit demr̄atio in cōplone ſyllogiſtica ꝑ
ſe nota ⁊ ime⁹: q̄lis cōplo tm̄ eſt in p̄ᵃ figᵃ: ⁊ maxime in
p̄ mō: ⁊ in hāc cōplonē ime⁹ reducūt̄ cōplones aliarū
figuraꝝ: ꝙ nō in p̄n⁹ imediata ex qb⁹ ſyllogizat̄.

℄ Capitulum 14ᵐ.

Quemadmodum aūt fit: vt.a. indiuidue
cōpetat ipſi.b. Sic etiā vt idētidem non
cōpetat fieri pōt. Atq̄ʒ tuʒ indiuidue cō‑
petere vel nō cōpetere dico: cum inter
ipſa nulluʒ mediū eſt. Sic enī nō erit vlterius per
aliud ineſſe vel nō ineſſe. Cum itaq̄ʒ vel a. vel.b. in
toto quopiaʒ eſt: vel etiā vtrūq̄ʒ: tuʒ etiā fieri nequit
vt.a. p̄mo nō cōpetat ipſi.b. Sit enī.a. ipʒ in toto.c.
Si igit̄.b. nō ſit in aliquo toto.c. fieri nāq̄ʒ pōt vt.a.
qdeʒ in toto quopiā ſit: b. v̄o in h̄ eodeʒ nō ſit: tum
rōcinatio fiet: ac ipſuʒ.a. nō ineſſe.b. per.c. mediū cō‑
cludet̄. Naʒ ſi.c. cuilibet qdē cōpetat.a. de nullo aūt
b. ꝑdicat̄.a. ſane nulli cōpetet.b. Idem fiet ⁊ ſi.b. in
toto quopiā ſit: vel vt in.d. naʒ ipm̄ d. cuilibet qdeʒ
cōpetit.b. de nullo v̄o dr̄.a. q̄re fit vt.a. per rōcina‑
tionē nulli cōpetat.b. Eadeʒ oſtendent̄ ⁊ ſi vtrūq̄ʒ
taʒ.a. q̄.b. in toto quopiā ſit. At v̄o fieri poſſe vt.b.
nō ſit in eo in quo toto eſt ipſum.a. aut rurſus: vt a.
nō ſit in eo in quo totū eſt ipm̄.b. pʒ ex diſpōnib⁹ re‑
ruʒ: que īter ſeſe nō miſcent̄: naʒ ſi nihil eoꝝ q̄ in.a.
c.d. ſerie collocant̄ de vllo ꝑdicat̄ eoꝝ q̄ in.b.e.f. di‑
uerſa ſerie collocant̄. A. v̄o in toto eſt.g. q̄ quideʒ
eiuſdē eſt ſeriei: perſpicuū eſt fieri nō poſſe: vt.b. in
ipſo ſit.g. Alioqn cōuenirent ac miſcerent̄ he ſeries
reꝝ. Ideʒ fiet ⁊ ſi.b. ipſuʒ in toto quopiā ſit. Sʒ ſi.a.
nulli.b. inſit: ⁊ neutrū in toto ſit vllo: neceē eſt.a. ſine
medio nō cōpetat ipſi.b. Nā ſi q̄ppiā inter ipſa me‑
diū cadet: neceē eſt alterū ipſoꝝ in toto quopiā eē.
Aut.n. in prima figura rōcinatio eoꝝ: aut in media
extruet̄. At ſi in p̄ma.b. nimiruʒ in toto quopiā erit.
Propōnē.n. eā q̄ v̄ſus.b. collocabit̄ affirmatiuā eē
op̄ʒ. Si in ſcda vtrūuis in toto quopiam erit. Nam

vtrūqꝫ interuallūꝫ affirmatiuū eſſe pōt. Atqꝫ nūc verſus maius nūc verſus min⁹ extremūꝫ negatiua ꝑpōne ſumpta: cōficiť rōcinatio. Ambe vō ꝑpoſitiones ſi fuerint negatiue ratiocinatio nō ꝯſtabit. Patet igiť fieri poſſe vt ſine medio quippiam cuipiam nō inſit: atqꝫ quādo: ⁊ quēadmoduꝫ fieri pōt ſatis iam explanauimus.

T.c.72. Icut aūt .a. eſſe in .b. cōtingit indiuidualr̄: ſic ⁊ nō eſſe ꝯcediť. Dico aūt indiuidualr̄ eē: aut nō eſſe: cuꝫ nihil eſt eoꝝ medium. Cuꝫ igiť .a. aut .b. qdeꝫ in toto quodam ſit: aut ambo: nō cōtingit .a. in .b. primo nō eē. Sit eniꝫ .a. in toto .c. igiť ſi .b. nō eſt in toto .c. pōt enim .a. qdē eē in quodaꝫ toto: ſꝫ .b. nō eſſe in h: ſyll'ſ erit qꝺ nō ſit .a. in .b. Si .n. in oī .a. qdē eſt .c. in .b. aūt nullo eſt .c. in nullo .b. eſt .a. ſilr aūt eſt ⁊ ſi .b. in toto quodaꝫ eſt: vt in .d: .d. eniꝫ in oī .b. eſt: .a. aūt in nullo .b. erit per ſyllm̄. Eodem autē mō demrabiť: ⁊ ſi vtraqꝫ in toto quodā ſūt. Qꝺ aūt ꝯtingit .b. nō eſſe in quo toto eſt .a. aut iterū .a. in quo eſt .b. manifeſtū ex coordinationib⁹ eſt quecūqꝫ nō cōuertunť inuicē. Si eniꝫ nihil eoꝝ q̄ ſunt in .a. c. d. coordinatione ⁊ de nullo ꝑdicanť eoꝝ q̄ ſūt in .b. e. ⁊ .a. aūt in toto .p. ſit coordinatiōe eadē exiſti: manifeſtuꝫ eſt qꝫ .b. nō erit in .p. cōmutarenť .n. coordinatiōes. Silr aūt eſt ⁊ ſi .b. in toto quodā eſt. Si vō neutrū ſit in toto nullo: nō eſt aūt .a. in .e. neceſſe eſt indiuidualr̄ nō eē. Si enim erit qꝺ mediū necē eſt alterum ipſoꝝ in toto quodaꝫ eē: aut .n. in pria figura: aut in media erit ſyll'ſ. ſiqdem igiť in pria figura .b. erit in toto quodā: affirmatiuā .n. opꝫ ad hanc fieri ꝑpōnē. ſi vō in medio qꝺcūqꝫ contingit: ad vtrūqꝫ .n. poſito priuatiuo ſit ſyll'ſ. Cuꝫ aūt vtraqꝫ negatiua ſit: nō erit ſyll'ſ. Manifeſtū igiť eſt qꝺ ꝯtigit aliud in alio eē indiuidualr̄: ⁊ qn̄ cōtingat: ⁊ qm̄o diximus.

Iam oſtendit Ariſto. nobis ex qb⁹ ꝯditiōib⁹ acq̄rat nobis demratio maxie ſcire taꝫ ex pte qua demratio eſt demratioqꝫ ex ea pte qua demratio eſt ſyll'ſ. Intendit itaqꝫ ꝯſter explanare ex qb⁹ ⁊ qualr̄ accidat nobis ignorātia circa ea que veniūt in demrōnē. Et qꝛ ad oſtēſionē hui⁹ rei idiget ſuppoſitiōe hui⁹ .ſ. qꝺ ſicut eſt ꝑpō affirmatiua imediata: ſic eſt negatiua ime^ta. Primo oſtdit qn̄ ⁊ qm̄o ꝯtigat negatiuā eē imediatā: ⁊ h totū eſt de cōplemēto bonitatis ⁊ ornat⁹ hui⁹ ſcie ⁊ nō de ſubſtā ipſi⁹. Dicit ḡ qꝫ ſi ꝑdicatuꝫ vt .a. ſit ſub aliq̄ vlī: ſub quo non eſt ſubꝫ vt .b. vel .b. eſt ſub aliq̄ vlī ſub quo non eſt .a. vel ſi vtrūqꝫ eſt ſub aliq̄ vlī ſub quo reliquū nō eſt: tūc ꝑdicatū remoueť a ſubō nō ime^te ſꝫ ꝑ mediū ⁊ ſyllꝫ: vlē .n. ſub q̄ eſt alterū illoꝝ ⁊ reliquū nō ſub eodē erit mediū ſyllogiſticū ad oñdēduꝫ ꝑdicatū nō ineſſe ſubō. Qꝺ ſic poſſe eſt ſubꝫ ꝑpōnis negatiue eē ſub vlī ſub q̄ nō eſt ꝑdicatuꝫ ⁊ ecōuerſo: ꝑꝫ ex coordinatiōe pꝺitoꝝ q̄ nō ꝯmiſcenť adinuiceꝫ: velut ſi ſubꝫ ſit ſub ſubā: ⁊ ꝑdicatū ſit in pꝺito quātitatis: erit ſubꝫ ſub aliq̄ ſub q̄ non erit ꝑdicatū: qꝛ nec ſimplr̄ q̄titas/nec aliq̄ q̄titas eſt ſubā. Sꝫ ſi neqꝫ ſubꝫ neqꝫ ꝑdicatuꝫ eſt ſub vlī aliq̄ ſub q̄ nō eſt reliquū: tūc ꝑdicatū remoueť a ſubō idiuidualr̄: nō .n. eſt mediū q̄ poſſit ſyllogiçari alteꝝ de altero: qꝛ mediū necē eſt ꝑdicari de altero illoꝝ: ⁊ ita alterū illoꝝ erit ſub aliq̄ qꝺ eſt ꝯ hypotheſim. Iaꝫ igiť oſtēſuꝫ eſt qn̄ ꝑpō negatiua eſt mediata: ⁊ qn̄ pōt ſyllogiçari: ⁊ qn̄ ꝑpoſitio negatiua eſt imediata: ⁊ quādo ſyllogiçari non poteſt.

¶ Ignoratio aūt ea que nō negatione ſed diſpōne diciť: ignoratio deceptio eſt: que circa ꝑpoſitiōes medio vacātes: vel nō vacantes: affirmatiuas vel negatiuas: aut per rōcinationē: aut ſimplr̄ ſit. Nā aut ſimplr̄ quiſpiā eſſe: aut nō eſſe putat: aut ꝑ rōcinationē exiſtimationē talem ꝯſeqť. Simplicis igiť exiſtimationis: ſimplex eſt error. Eius aūt que per rōcinationeꝫ efficiť plures .a. nāqꝫ ſine medio nulli cōpetat .b. Si igiť quiſpiā cōcludat .a. cōpetere ipſi .b. ſumpto medio .c. deceptus erit ſane per rōcinationem. Atqꝫ fieri poteſt vt ambe ꝑpoſitiones ſint falſe: ⁊ etiam altera tm̄.

¶ Ignorātia aūt nō ſm̄ negationē: ſꝫ ſm̄ diſpoſitionē dicta: eſt qdē ꝑ ſyllm̄ fcā deceptio. T.c.73. Hec aūt in his q̄ ſunt primo: aut nō ſunt: cōtingit duplr̄. Aut .n. cuꝫ ſimplr̄ accipiat eſſe aut nō eſſe. Aut cū per ſyllm̄ accipiat opinionē. ſimplicis qdē igiť opionis ſimplex deceptio. Sed ei⁹ q̄ eſt ꝑ ſyllm̄ plures ſunt: nō ſit eniꝫ .a. in nullo .b. idiuidualr̄. igiť ſi ſyllogizet eſſe .a. in .b. mediū accipiēs .c. decept⁹ erit ꝑ ſyllꝫ. Contingit qdeꝫ igiť vtraſqꝫ ꝑpōnes eſſe falſas: cōtingit aūt ⁊ altera tm̄.

¶ Iſtis igiť duobus oſtēſis ꝯſter dicit qꝫ ignorātia que eſt facta deceptio ꝑ ſyllm̄: accidit duplr̄: taꝫ in affirmatiuis imediatis q̄ꝫ in negatiuis imediatis: qꝛ opio erronea pōt accipi circa ime^ta aut ſine ſyll'o: aut ꝑ ſyllm̄. Et cū accipiť ſine ſyll'o: tunc eſt deceptio ſimplr̄ .i. erronea opio vni⁹ ſoli⁹: tūc .n. de vno ſolo qꝺ eſt opinať ipm̄ nō eē: aut de vno ſolo qꝺ nō eſt opinať ipꝫ eē. Cuꝫ aūt per ſyllꝫ accipiť erronea opio alic⁹: tūc necē eſt plēs eē deceptiōes: qꝛ vna eſt deceptio circa illud qꝺ ꝯcludiť per ſyllꝫ: ⁊ cū ex veris nō ſequať falſum: vna vel due deceptiōes erūt circa ea ex qb⁹ ſyllogiçať. Notādum aūt qꝫ hic dicit Ari. qꝫ ignorātia q̄ eſt deceptio fcā ꝑ ſyllm̄ pōt accidē ſine ſyll'o. Sꝫ ſciēduꝫ qꝫ nō intēdit dīe ꝑ hūc ſermonē niſi qꝫ ignorātia que eſt opio erronea q̄lis vt frequēti⁹ ⁊ maxie accidē ſolet ꝑ ſyllꝫ accidit qn̄qꝫ ꝑ ſyllꝫ ⁊ qn̄qꝫ ſine ſyll'o. ¶ Eſt aūt ignorātia duplex: vna q̄ dř ignorātia negatiōis: nō qꝛ ſit pura negatio ſcie: nō .n. lapis ignorat: ſꝫ qꝛ pariť ſolā mālē poſſibilitatē ad receptiōneꝫ ſcie q̄lis eſt ignorātia in puero. altera aūt eſt ignorātia cū hō iaꝫ cogitat de ſcibili: ſꝫ errat circa illud: ⁊ hec eſt diſpō mala ſcia ꝯria: hāc itaqꝫ diſpōnē malaꝫ ꝯtingit hēe circa negatiuā imediatā per ſyllm̄ vtriſqꝫ ꝑpoſitionib⁹ exñtib⁹ falſis: ⁊ altera tm̄ exiſtēte falſa. Que ſit ignorantia negationis.

¶ Nam ſi neqꝫ .a. cuiqꝫ .c. cōpetat .b. vtrūqꝫ autē interuallūꝫ ecōtra ſit ſumptū: ambe ꝑpōnes erūt ſine

dubio falſe. Fieri nãqȝ põt vt.c.ſic ſe habeat ad ex-
tremũ vtriſqȝ: vt neqȝ ſubijciaꝛ.a.neqȝ vlr cõpetat
ipſi.b. Etenĩ.b.gdẽ fieri nõ põt: vt in toto quopiã
ſit. Naȝ.a.p̃mo remouebatur ab ipſo:a.vo nõ ne-
ceſſe eſt vniuerſalr cunctis que ſunt in eẽ: quare ſit
ambe ꝓpoſitiones ſint falſe.

T.c.74. ¶ Si eĩ nec.a.in nullo.c.iſit: neqȝ.c.in nullo
b. Accepta autẽ eſt vtraqȝ ꝯ̃io: vtreqȝ erunt
falſe. Põt autẽ ſic ſe hr̃e.c.ad.a.ꝛ.b.vt nec
ſub.a.ſit: neqȝ vlr.c.in.b. B.enim ĩpoſſibile
eſſe in toto aliquo: primo enĩ verũ eſt in ipo
a.b.nõ eſſe:a.autẽ nõ neceſſe eſt in oĩbus que
ſunt ineſſe vlr: quare vtreqȝ ſunt falſe.

¶ Si enim ſit hec imediata ꝛ negatiua. Nullũ.b.eſt.a.ꝛ
opineꝛ per ſyllm ꝛ per mediũ.c.qm̃ omne.b.eſt.a.põt
ſylls eẽ ex vtriſqȝ falſis. Quia cũ hec ſit immediata: nul-
lũ.b.eſt.a.per p̃mo oſtẽſum ſupra.b.nõ eſt ſub aliq̃.ꝛ
multa ſunt de qbus nõ p̃dicaꝛ.a. Si igiꝛ aliqđ illoꝝ po-
naꝛ eẽ.c.erit ſylls: qm̃.b.eſt.a.ex vtriſqȝ falſis.

¶ At fieri qȝ põt vt altera vera ſumaꝛ: nõ tñ vtra-
uis: ſ.a.c. Nã ꝓpoſitio.c.b.ſemꝑ erit falſa: qa in nul-
lo eſt ipm̃.b. Sed a.c.vera eẽ poteſt: veluti ſi.a.ſine
medio cõpetat gdẽ ipſi.c.nõ cõpetat aũt ipſi.b. Cũ
enĩ idẽ p̃mo de plibꝯ q̃uis ꝺĩ modo: neutrũ erit in
altero. Nihil aũt itereſt: ꝛ ſi nõ ſine medio cõpetat.
Deceptio igiꝛ eſſendi per hec atqȝ h̃ modo ſit ſolũ.
Nõ enim alia in figura ratiocinatio erat eẽndi.

T.c.75. ¶ Sed alterã ꝯtingit accipe verã: nõ tñ quãli-
bet: ſed que eſt.a.c.nã.b.c.ꝓpoſitio ſemꝑ fal-
ſa erit: ꝑꝑ id qđ.c.in nullo eſt.b.ſȝ que eſt.a.
c.põt: vt ſi.a.in.c.ꝛ in.b.ſit indiuidualr. cum
enim p̃diceꝛ primũ ipm̃ de pluribꝯ: neutrũ
in neutro erit. Differt autẽ nihil neqȝ ſi non
indiuidualr iſit. Ipſius gdẽ igiꝛ eẽ deceptio
per iſta ſit: ꝛ ſic ſit ſolum. Non enim erat in
alia figura ipſius eſſe ſylls.

¶ Itẽ cũ.a.p̃dicaꝛ de aliq̃ vlr ſi illud ponaꝛ.c.maior ꝓ-
poſitio erit vera.ꝛ minor erit falſa ſemꝑ: qa.b.ſub nul-
lo eſt: cũ hec ſit imediata nullũ.b.eſt.a.cũ eĩ.a.ſit in.c.
indiuidualr ꝛ affirmatiue.ꝛ in.b.indiuidualr et negati-
ue: ſequiꝛ per 2am figurã ꝙ nullũ.b.ſit.c.ꝛ ita ſemꝑ falſa
eſt que dicit ꝙ.b.eſt.c.ꝛ nõ eſt diſa quo ad iſtud ſiue.a.
ſit in.c.indiuidualr ſiue nõ: igiꝛ iam manifeſtũ eſt ꝙ ge-
neraꝛ deceptio per ſyllm affirmatiuũ circa oppoſitum
negatiue imediate ex vtriſqȝ falſis: ꝛ ex minori tñ fal-
ſa in p̃mo modo p̃me figure ꝛ nõ aliter: qa nõ per aliũ
modum ꝯcludiꝛ vniuerſalis affirmatiua.

¶ Nõ eſſendi vo: ꝛ in p̃ma ſit: ꝛ in media. Atqȝ p̃mũ
dicamus quot modis ꝛ quo modo ſeſe hñtibꝯ ipſis
ꝓpõibꝯ ſit in p̃ma figura. Fieri itaqȝ põt: vt ambe
falſe ꝓpões ſumanꝛ: veluti ſi ipm̃.a.taȝ.c.qȝ.b.ſine
medio cõpetat. Nã ſi ſumaꝛ.a.gdẽ nulli ineẽ.c.ipm̃
aũt.c.cuilibet cõpetere.b.erit vtraqȝ ꝓpoſitio falſa.
Fieri quoqȝ põt: vt altera ꝓpõnũ vtrauis falſa ſu-
maꝛ. Nam eſſe põt.a.c gdẽ vera.c.b.vo falſa.a.c q-
deȝ vera: qȝ.a.nõ oĩbus ineſt que ſunt.c.b.vo falſa:
taȝ qȝ fieri negt: vt.c.cui ipm̃.a.nulli cõpetit: ipſi cõ-
petat.b.nã.a.c.ꝓpoſitio nõ erit vera: tum qa ſi am-
be ſint vere: erit ipſa ꝯcluſio vera. At.c.b.etiã vera
eẽ põt: altera ſumpta falſa: ceu ſi.b.ꝛ in.a.ſit: ꝛ in.c.
Neceſſe eſt.n.tũc alterũ eſſe ſub altero: quare ſi ſu-
maꝛ.a.nulli cõpetere.c.erit hec ꝓpoſitio falſa. Pa-
tet igiꝛ ꝛ ex altera tñ: ꝛ ex ambabus ꝓpõibus fal-
ſis ratiocinationẽ fieri falſam.

¶ Que vo eſt ipius qđ eſt nõ eſſe in prima ꝛ T.c.76.
media figura eſt. Primũ gdẽ igiꝛ dicamus
quot nob in prima: ꝛ qñõ ſe hñtibꝯ ꝓpõibꝯ.
Cõtingit gdeȝ igiꝛ vtriſqȝ falſis: vt ſi.a.ꝛ in
c.ꝛ in.b.ſit indiuidualr. Si eĩ accipiaꝛ.a.q-
dẽ in.c.nullo.c.aũt in omni.b.falſe ſunt ꝓpõ-
nes. Cõtingit autẽ ꝛ altera falſa exñte: ꝛ hac
q̃cũqȝ ꝯtingẽte. põt enĩ que eſt.a.c.vera eẽ.
Que vo.c.b.falſa eſſe: ſed que eſt.a.c.vera:
qm̃ non oĩbꝯ que ſunt ineſt.a.ſed que eſt.b.c.
falſa: qm̃ ĩpoſſibile eſt eẽ in.b.c.in quo nullo
eſt.a. Nõ enim ampliꝯ vera erit que eſt.a.c.
ꝓpoſitio. ſilr autẽ ꝛ ſi ſint vtreqȝ vere: ꝯclõ
erit vera. Sed que eſt.c.b.ꝯtingit veraȝ eſſe
cum altera ſit falſa: vt ſi.b.ꝛ in.c.ꝛ in.a.eſt.
neceſſe eſt enĩ alterũ ſub altero eſſe: quare ſi
accipiaꝛ.a.in nullo.c.eſſe/falſa erit ꝓpoſitio.
Manifeſtũ igiꝛ eſt: qm̃ ꝛ cum altera ſit fal-
ſa: ꝛ in vtriſqȝ falſus erit ſylls.

¶ Cum aũt ſit ſylls deceptorius ꝯcludẽs vlẽ negatiuã
falſam oppoſitã vlĩ affirmatiue imediate: põt fieri ta-
lis ſylls in p̃a figura ꝛ in 2a. Cum aũt ſit in p̃a figura põt
eſſe ex vtriſqȝ falſis.ꝛ põt eſſe ex altera tñ falſa ꝛ reliq̃
vera/vtralibet exñte falſa. Si enim.a.ſit imediate tam
in.c.qȝ in.b.ſicͭ eſt genus aliqđ in duabꝯ ſpẽbus coeque-
uis ſuis. tũc erit ſylls ꝯcludẽs: qm̃ nullũ.b.eſt.a.per me-
diũ.c.ex vtriſqȝ falſis. falſum eĩ eſt nullũ.c.eſſe.a.ꝛ fal-
ſum eſt omne.b.eſſe.c.qa neutra duaꝝ ſpẽrũ ꝛ coeque-
uarũ p̃dicaꝛ vere de altera. Iteꝝ: qm̃.a.nõ ineſt oĩbus
ſit.c.aliqđ coꝝ cui nõ ineſt. erit igiꝛ ſylls: qm̃ nullum.b.
eſt.a.per mediũ.c.ex maiori vera ꝛ minori falſa. Ex hy-
potheſi enim verũ eſt nullũ.c.eſſe.a.ꝛ tũc neccio eſt fal-
ſum.b.eſſe.c.qa ſi verũ eẽt omne.b.eſſe.c.cum verũ ſit
omne.b.eſſe.a.verũ eẽt: qđdã.c.eſſe.a.ꝛ ita falſum eẽt/
nullũ.c.eſſe.a.qđ eẽt ꝯtra hypotheſim. Et iteꝝ ſi.b.c.ꝓ-
poſitio eẽt vera.c.a.ſ.negatiua ſilr exñte vera: eẽt ꝯclu-
ſio vera.ſ.ꝙ nullũ.b.eſt.a.ꝛ nõ eſſet ſylls deceptorius.

¶ Itẽ ſit.b.ſub.c.ꝛ ſub.a.neceſſe eſt igiꝛ.c.eẽ ſub.a.vel
ecõuerſo.ꝛ cũ.b.ſit indiuidualr ſub.a.erit neccio.a.ſub
c.erit igiꝛ quoddã.c.a.quare falſum eſt nullũ.c.eſſe.a.ꝛ
verũ eſt omne.b.eſſe.c.ꝛ ſic erit ſyllogiſmus decepto-
rius ex maiori falſa ꝛ minori vera.

¶ Sed in figura media: vt tote gdeȝ ꝓpões ambe
ſint falſe fieri negt: Nã cum.a.cuilibet ineſt.b.nullũ
tũ ſumi mediũ põt: qđ alteri cuilibet alteri nulli cõ-
petet. Opȝ aũt hoc pacto ſumere ꝓpões: vt alteri
gdeȝ inſit: alteri vo nõ inſit: ſi hac in figura rõcina-
tio fieri debeat. Si igiꝛ ſic ſumanꝛ: ſint falſe cõſtat:
ſi ſumanꝛ ecõtra veras vtraſqȝ foꝛe: qđ gdem fieri
negt. Verũ aliqua ex ꝑte falſam eſſe vtrãqȝ nõ ob-
ſtare gcq̃ videꝛ: veluti ſi mediũ c.taȝ.a.qȝ.b cuidã

inſit:tūc enim ſi ipſm.c.cuilibet qdē.a.nulli vō.b.dicaꝛ ineſſe:falſe qdē erūt ambe ꝓpōnes. At nō ſimpliciter:ſed aliqua ex parte ſicut pȝ. Eadē erūt ꝛ ſi ꝓpōnem negatiuā vſus extremuȝ maius poſueris. Fieri tñ pōt vt altera falſa atqȝ vtraius ꝓpōnū ſumaꝛ:qḋ enim ineſt cuilibet.a.id.b.qȝ cuilibet ineſt. Si igiꝛ ipſm.c.tale ſumptū cuilibet qdem.a.nulli vō b.cōpetere dixeris.a.c.qdem erit vera.c.b.aūt falſa. Rurſus qḋ nulli.b.cōpetit:id nec.a.cuilibet inerit. Nam ſi cuilibet ipſi cōpetet:ꝛ ipſi qȝ.b.cuilibet pfecto cōpeteret. At nulli ineſſe ſupponiꝛ. Si igiꝛ cuilibet qdē.a.nulli vō.b.cōpetere dixeris.c.b.qdeȝ verā:alterā vō falſam efficiēs. Ideȝ vtiqȝ fiet ꝛ ſi verſus maius extremū ꝓpōneȝ negatiuā poſueris. Qḋ enim nulli cōpetit.a.id etiā nulli cōpetit.b. Si igitur c.nulli qdē.a.cuilibet vō.b.cōpetere dixeris.a.c.qdem ꝓpoſitio erit vera:altera vō falſa. Rurſus ſi id qḋ.b.cuilibet ineſt:nulli cōpetere dixeris.a.falſam:tum efficiēs ꝓpōnē. Neceſſe eſt eniȝ ſi.b.cuilibet ineſt:ꝛ.a.cuidā cōpetat. Si igiꝛ huiuſcemodi ſumptū c.nulli qdem.a.cuilibet vō.b.dicaꝛ cōpetere:erit.c.b.qdem vera.a.c.autem falſa.

T.c.77. Sed in media qdem figura vtraſqȝ ꝓpoſitiones totas falſas eſſe nō ꝯtingit. Cuȝ enim a.in omni ſit.b.nihil erit accipe:qḋ in altero quidē omni:in altero vō nullo erit. Oportet aūt ſic accipe ꝓpōnes:vt huic quidē īſit:huic aūt nō inſit ſi quidē erit ſylls:ſi igiꝛ accipianꝛ ſic falſe:manifeſtū eſt ꝙ ꝯ̄ue ecōtrario ſe habebūt:ħ autē ipoſſibile eſt. In quodā aūt nihil ꝓhibet vtrāqȝ falſam eſſe:vt ſi.c.in.b.ꝛ in a.quodā eſt. Si enim.c.qdē in.a.omni accipiaꝛ eē:in.b.aūt nullo:falſe qdē vtreqȝ ꝓpōnes:nō tñ tote ſed in quodā. ꝛ ecōtrario autē poſito priuatiuo. Siſr alterā autēȝ falſam:ꝛ qualibet ꝯtingit:qḋ eiȝ eſt in.a.omni:ꝛ in.b. eſt. Si igiꝛ accipiaꝛ in.a.toto eē.c.in.b.aūt toto nō eſſe:que qdē eſt.c.a.vera erit:ſȝ que eſt c.b.falſa. Iteꝝ qḋ in.b.nullo eſt:neqȝ in.a.oi inerit. Si enim in.a.eſt ꝛ in.b.ſȝ nō erat. Si igiꝛ accipiaꝛ.c.in toto qdē.a.eē:in.b.aūt nullo.b.e.qdeȝ ꝓpoſitio vera eſt. Altera aūt falſa.ſilr aūt ꝛ trāſpoſitio priuatiuo. Qḋ eiȝ in nullo eſt.a.neqȝ in.b.nullo erit. Si igiꝛ accipiaꝛ.c.in toto qdē.a.nō eſſe:in.b.aūt toto eē:que qdē eſt.a.c.ꝓpoſitio vera eſt:altera autē falſa. Et iteꝝ ꝙ in omni.b.eſt:in nullo accipe a.nō eſſe,falſum. Eſt enim neceſſe ſi in omni b.eſt:ꝛ in quodaȝ.a.eſſe. Si igiꝛ accipiaꝛ in omni quidē.b.eſſe.c.in.a.aūt nullo:que qdē eſt.c.b.vera erit:que autē eſt.c.a.falſa.

In 2ª aūt figura nō pōt fieri ſyllus deceptorius ꝯcludēs vlēm negatiuā oppoſitā vli affirmatiue vere ꝛ immediate vel mediate ex vtriſqȝ totis falſis. Dico vlem totā falſam que falſa eſt pro omni ſingulari.cuȝ.n.verū ſit omne.b.eſſe.a.ſi debeat ꝯcludi in 2ª figura:nullū.b.eſſe.a.opȝ ſumere mediuȝ de altero omni.ꝛ de reliquo nullo:vtpote.c.de.a.oī.ꝛ de.b.nullo:vel eꝯ̄. Si igiꝛ eſſet tota falſa:omne.a.eſt.c.tūc eſſet tota vera:nullū.a.eſt.c.ꝛ ſilr ſi eēt tota falſa:nullū.b.eſt.c.eſſet tota vera:omne b.eſt.c.Et ſic ex his duabus totis veris nullum.a.eſt.c.ꝛ omne.b.eſt.c.ſeqreꝛ hec tota falſa:nulluȝ.b.eſt.a.qḋ eſt ipoſſibile. Nō igiꝛ erūt vtreqȝ tote falſe:poſſibile eſt tñ vtrāqȝ eſſe verā ꝑtim:ꝛ ꝑtim falſam:vt ſi.c.dicaꝛ vere de qdā.b.ꝛ nō de omni.b.ꝛ ſilr de qdā.a.ꝛ nō de omni. Poſſibile eſt etiā in hac figura fieri ſyllm deceptorius ex altera tñ falſa ꝛ reliq̄ vera:vtralibet exiſte falſa. Cū enim verū ſit.b.eſſe.a.qcqd ꝑdicaꝛ de.a.ꝛ de.b. Si igiꝛ ſumaꝛ.c.qḋ ꝑdicaꝛ de.a.erit ſylls deceptorius ꝯcludēs qm̄ nullū.b.eſt.a.per.c.mediū ex maiori vera ꝛ minori falſa facta de affirᵐᵃ que eſt.a.c.ꝛ negatiua.b.c. Itē ſi ſumaꝛ.c.eſſe aliqd qḋ vere remoueꝛ ab omni.b.cum illud.c.nō poſſit eſſe in omni.a.qꝛ tūc eſſet etiā.c.in omni b.cum in vitate:omne.b.ſit.a.erit ſylls deceptorius:ꝙ nulluȝ.b.eſt.a.per mediū.c.ex maiori affirmatiua falſa ꝛ minori negatiua vera. Itē ſi ponaꝛ maior negatiua que eſt.a.c.ꝛ minor affirmatiua,ꝛ ſumaꝛ.c.tale ꝙ vere remoueaꝛ ab omni.a.cū omne qḋ remoueꝛ ab.a.remoueaꝛ etiā.a.b.eo ꝙ.b.eſt.a.erit ſylls deceptorꝰ:qm̄ nulluȝ.b.eſt.a.ex maiori negatiua vera ꝛ minori affirmatiua falſa. Iteȝ ſi ponaꝛ.c.tale ꝙ ſit in omni.b.cum qcqd eſt in omni.b.eſt etiam in aliq̄.a.eo ꝙ omne.b.eſt.a.erit ſylls:qm̄ nullum.b.eſt.a.per mediū.c.ex maiori negatiua falſa ꝛ minori affirmatiua vera.

Patet igiꝛ ex vtriſqȝ falſis:ꝛ ex altera tñ circa ꝓpoſitiones indiuiduas rōcinationē fieri falſaȝ poſſe. Sȝ cum ꝓpōnes affirmatiue vel negatiue medio nō vacātes falſo per medium ꝓpriū ꝯcludunꝛ:fieri nō pōt vt ꝓpōnes ambe falſe ſumanꝛ:ſed ea tñ ſumiꝛ falſa:que eſt verſus extremū maius. Atqȝ ꝓpriuȝ id mediū dico:per qḋ fit ea rōcinatio que opponiꝛ falſe. A.nāqȝ per.c.mediū cōpetat ipſi.b.cum igiꝛ.c.b.ꝓpōnē affirmatiuā oporteat ſumi:ſi ꝑma in figura rōcinatio fieri debeat:pȝ hāc qdeȝ ꝑpetuo verā eſſe. Nō enim ipſam vertere licet.a.c.aūt eſſe falſam. Idem efficieꝛ:ꝛ ſi mediū alia ex ſerie fuerit ſumptū ceu.d.ſi in toto ſit.a.ꝛ de omni.b.ꝑdiceꝛ. Etenim.d.b.qdem intacta maneat ꝓpoſitio:altera vō vertaꝛ neceſſe eſt. Quibꝰ efficiꝛ:vt illa qdeȝ ꝑpetuo vera:hec aūt ſemꝑ falſa ſumaꝛ. Atqȝ talis error cōcurrit cum eo qui per mediū efficiꝛ ꝓpriū:ac fere idē eſt.

Manifeſtuȝ igiꝛ ꝙ ꝛ vtriſqȝ falſis ꝛ altera tm̄:erit ſyllus deceptiuus in indiuiduis. In his autēȝ que nō indiuidua ſunt:aut nō ſunt:cuȝ qdē per ꝓpriū mediuȝ fiat falſitatis ſylls ipoſſe vtraſqȝ falſas eē ꝓpōnes:ſȝ ſolū que eſt ad maius extremū. Dico aūt ꝓpriuȝ mediū per qḋ ꝯtradictiōis ſylls. Sit eiȝ.a.in.b.per mediū.c.qm̄ igiꝛ neceſſe eſt que eſt.c.b.affirmatiuā accipi ſyllo facto.manifeſtum eſt ꝙ hec ſemꝑ erit vera. Nō eiȝ ꝯuertiꝛ:ſȝ que eſt.a.c.falſa. Cōuerſa eiȝ hac ꝯtrariꝰ fit ſylls. Siſr T.c.78.
aūt eſt ſi ex alia ordinatiōe accipiaꝛ mediuȝ:

vt.d.

vt.d.q̃uis in toto.a.ſit: ⁊ de.b.p̄dicaẽ omni. Neceſſe eiꝫ eſt que q̄dẽ.b.d.ꝓpõnẽ manere: alterã autẽ ꝯuerti. Quare hec quidẽ vera: illa aũt ſemꝑ falſa. ⁊ fere huiuſmodi deceptio eadẽ eſt ei que fit per ꝓpꝛium mediuꝫ.

¶ Jam igiẽ oſtẽſuꝫ eſt quot modis fit ſylls deceptorius circa ꝓpões imediatas. Ad ꝯcludẽdũ aũt oppoᵐ affirmatiue vere ⁊ mediate põt fieri ſylls deceptoriꝰ per ꝓpꝛiũ mediũ: vel per nõ ꝓpꝛiũ. Uoco aũt ꝓpꝛiũ mediuꝫ illõ per qõ demõſtratiue ſyllogiçaẽ affirmatiua vera ⁊ mediata: vt ſi ſit.a.b.ꝯcluſio demſonis per.c.mediũ demõſtrata voco.c.mediũ ꝓpꝛiũ: ſi fiat igiẽ ſylls deceptorius in pᵃ figura per mediũ ꝓpꝛiũ: erit tñ maioꝛ ꝓpoſitio falſa: ⁊ minoꝛ vera. Si.n.ſit ſylls demſ̃atiuus talis: omne.c.eſt.a.omne.b.eſt.c.ḡ omne.b.eſt.a.erit per ꝓpꝛiũ mediũ ſylls deceptoriꝰ: nullũ.c.eſt.a.omne.b.eſt.c.ḡ nulluꝫ.b.eſt.a. Et ita illa que eſt.b.c.ſemꝑ manet non ꝯuīſa in oppoſitã q̄litatẽ. Sed.a.c.ꝯuītẽ nec̃io in oppoſitã q̄litatẽ. Et ratio huiꝰ eſt ⁊ ſequẽtia: q2 in pᵃ figᵃ ſylls negatiuus ſemꝑ habet pᵃᵐ negatiuã vt celarẽt. ſilr ſi accipiat mediũ qõ nõ eſt de eodẽ gñe cum extremis: nec in eadẽ ꝓximitate cuꝫ illis: cuꝫ tñ ſit mediũ tale per qõ vere / lꝫ non demſ̃atiue ſyllogiçaẽ maioꝛ de minoꝛi: erit ſylls deceptoriꝰ per illud mediuꝫ in pᵃ figura ex maioꝛi falſa: ⁊ minoꝛi vera ſicẽ accipiẽ ꝓpꝛiũ mediũ.

¶ Si ṽo nõ per mediũ ꝓpꝛiũ extruiẽ rõcinatio. Cuꝫ h̃ tale eſt: vt ipſi q̄dẽ ſubijciaẽ.a.de nullo ṽo dicaẽ b.tũ ambas ꝓpões falſas eẽ neceſſe eſt. Et eiꝫ mõ ꝯtrario ſunt ſumende: ſi rõcinatio fieri debeat. At ſi h̃ mõ ſumanẽ: ambe ſane ṽtenẽ in falſas: veluti ſi.a.q̄dẽ cuilibet iſit.d.ipm aũt.d.nulli cõpetat.b. His.n.verſus rõcinatio fiet: ⁊ ambe ꝓpões erũt (vt diximus) falſe. Cuꝫ ṽo mediũ ceu.d.nõ ſubijciẽ ipſi.a.tũ a.d.q̄dẽ: ꝓpõ erit vera: q2.d.nõ erat in.a: d.b.ṽo falſa: qm̃ ſi eẽt vera: ꝯclõ etiã eẽt vera. At erat falſa.

T.c.79. ¶ Si ṽo nõ per ꝓpꝛiũ mediũ fiat ſylls: cuꝫ q̄dẽ ſub.a.ſit mediũ / in.b.aũt nullo eſt: neceſſe eſt vtraſq3 falſas eẽ. accipiẽde eiꝫ vtiq3 ſunt ex ꝯtrario q̃ ſe hñt ꝓpões / ſi debeat fieri ſyllus: ſic autẽ acceptis vtreq3 fiũt falſe: vt ſi.a.q̄dẽ in toto.d.ſit.d.autẽ in nullo.b.ꝯũſus eiꝫ ſylls q̄dẽ erit: ⁊ ꝓpões vtreq3 falſe. Cum ṽo nõ ſit ſub.a.mediuꝫ: vt.d.que q̄dẽ eſt.a.d.vera erit: que ṽo eſt.d.b.falſa: nam.a.d.vera: qm̃ nõ erat in.a.d.d.b.autẽ falſa: q2 ſi eſſet vera. ⁊ ꝯcluſio eſſet vera: ſed erat falſa.

¶ Si ṽo fiat ſylls deceptorius / nõ per ꝓpꝛiũ vel veruꝫ mediuꝫ poſſibile eſt vtraſq3 ꝓpões falſas eſſe: vt ſi.a.de pluribꝰ dicaẽ q̃.b.tũc põt aliq̄d accipi de quo cum dicaẽ.a.⁊ idẽ remoueaẽ ab omni.b.⁊ tũc erit ſylls deceptorius ꝯcludẽs: q̃ nullũ.b.eſt.a.ex veriſq3 falſis qõ falſum erit nullũ.d.eſſe.a.⁊ falſum erit omne.b.eẽ.d. Poſſibile eſt etiã vt ſit ſylls talis deceptorius ex maioꝛi tñ vera ⁊ minoꝛi falſa: q2 cuꝫ.a.nõ dicaẽ de oĩbus: ſi ponatur.d.aliqõ eoꝝ de quo nõ di.a.erit veruꝫ nullũ.d.eſſe a.⁊ falſum erit: omne.b.eſſe.d.q2 ſi veruꝫ eſſet: omne.b.eſſe.d.⁊ cõcluſio eſſet vera. ſ. quoniam nullum.b.eſt.d. ſed poſitum eſt q̃ ipſa eſt falſa.

¶ Cuꝫ aũt per mediã figurã ſit erroꝛ: tum fieri neq̄t vt ambe ꝓpões tote falſe ſumanẽ. Nã cuꝫ.b.ſubijciẽ ipſi.a.fieri non põt: vt q̄cq̃ vniq̃ alteri cuilibet: alteri nulli competat: ſicut ⁊ antea diximus. Altera tñ ꝓpoſitio falſa: ⁊ vtrauis etiã ſumi põt. Nã ſi.c.tã a.q̃.b.cuilibet ineſt: ſi idipm cuilibet quidẽ.a.nulli ṽo.b.cõpetere dixeris.a.c.q̄deꝫ erit vera: altera ṽo falſa. Rurſus ſi ipm.c.nulli q̄dẽ.a.cuilibet ṽo.b.cõpetere dixeris.c.b quideꝫ erit vera.a c.aũt falſa. Si igiẽ deceptionis ratiocinatio ſit negatiua: dictũ eſt q̃n: ⁊ ex q̄bus ipſa deceptio erit. Sed ſi affirmatiua ſit: cum per mediũ quidẽ extruiẽ ꝓpꝛiũ: fieri nõ põt vt ambe ꝓpões ſint falſe. Neceſſe eſt enim intacta maneat ipſa.c.b. Si rõcinatio fieri debeat: quẽadmodũ ⁊ antea diximus. Quare ſemꝑ erit.a.c.ꝓpoſitio falſa. Hec eſt enim ea que vertiẽ. Ideꝫ efficieẽ: ⁊ ſi ex alia ſerie mediuꝫ ipm ſumaẽ: ſicut ⁊ in erroꝛe diximus negatiuo. Eteniꝫ.d.b.ꝓpoſitio maneat.a.d.vertaẽ neceſſe eſt. Atq3 hic erroꝛ ꝯuenit cuꝫ pꝛioꝛe. Sed cum nõ per ꝓpꝛiũ rõcinatio ꝯficiẽ mediuꝫ: ſi.d.quidẽ collocaẽ ſub.a.ꝓpoſitio q̄deꝫ.a.d.erit vera.d.b.aũt falſa. Fieri nãq3 poteſt: vt.a.cuidã inſit: cuidam nõ inſit: quoꝝ neutruꝫ ſub altero collocaẽ. Sin ṽo.d.nõ ſubijciẽ ipſi.a.tum.a.d.quidẽ ſemꝑ eſt falſa: quippe cum affirmatiuã eam eſſe opoꝛteat.d.b.ṽo fieri põt: vt nũc vera: nunc falſa ſumaẽ. Nihil eniꝫ vetat: vt.a.quidẽ nulli.d.cõpetat.d.ṽo cuilibet inſit.b. Aial eiꝫ nulli ſcie cõpetit. At ſcia muſice cuilibet ineſt. Neq3 rurſus ꝓhibet q̄cq̃ vt neq3.a.cuiq̃.d.neq3.d.cuiq̃ iſit.b. Pꝫ igiẽ fieri poſſe: vt ambe atq3 altera ſit falſa: cum mediũ non collocaẽ ſub.a. Perſpicuũ igiẽ eſt: quot modis per rõcinationẽ erroꝛ: ⁊ per que fieri põt circa ꝓpões vacantes medio: ⁊ item eas que demõſtrari ꝑſit.

¶ Sed per mediam figurã facta deceptione: T.c.80. vtraſq3 q̄dẽ nõ ꝯtingit falſas eſſe ꝓpões totas. Cuꝫ enim ſit.b.q̄dẽ ſub.a.nihil q̄dẽ ꝯtingit in h̃ q̄dẽ omni: in alio ṽo nullo eſſe: ſicẽ dictũ eſt pꝛius. Altera ṽo põt eẽ falſa: ⁊ q̃cũq3 ꝯtingit. Si eiꝫ.c.⁊ in.a.⁊ in.b.eſt: ſi accipiaẽ in.a.q̄dẽ eſſe: in.b.ṽo nõ eẽ: que q̄deꝫ eſt.a.c.vera erit / altera aũt falſa. Iteꝝ ſi q̄dẽ in.b.accipiaẽ.c.eẽ: in.a.aũt nullo: que q̄dem eſt.c.b.vera erit: altera aũt falſa. Si q̄dẽ igiẽ ſit pꝛiuatiuus ſylls deceptionis: dictuꝫ q̃n ⁊ per que erit deceptio. ſi ṽo ſit affirmatiuus: cum q̄dẽ per ꝓpꝛium medium impoſſibile eſt vtraſq3 eſſe falſas. Neceſſe enim eſt que eſt.c.b.manere: ſi q̄dem erit ſylls: ſicut dictuꝫ eſt pꝛius. Quare.a.c.ſemꝑ erit falſa. hec eniꝫ eſt ꝯũſa. ſilr autem eſt: ⁊ ſi ex alia oꝛdinatione accipiaẽ mediũ: ſicẽ dictũ eſt in pꝛiuatiua deceptione. Neceſſe eſt eiꝫ que q̄dẽ eſt.d.b.manere. que ṽo.a.d.ꝯũti. ⁊ hec deceptio eſt eadeꝫ pꝛioꝛi. Cuꝫ ṽo nõ ſit per ꝓpꝛiũ: ſiquidẽ ſit.d.ſub.a.

hec qdē erit vera:altera aūt falſa:pōt enim.a. in plib⁹ eē:que nō ſunt ſub ſe inuicē.ſi ꝟo nō ſit.d.ſub.a.h quidē ſemꝑ manifeſtū:qm̄ erit falſa.affirmatiua eiꝫ accipiẗ:que ꝟo eſt.d.b. ꝯtingit:ꝛ verā eē ꝛ falſam.nihil eniꝫ ꝓhibet a.qdē in.d.nullo eē:d.autē in omni.b.vt aial in ſcīa:aut in muſica. Nō autē iteꝝ neqꝫ.a.in nullo.d.neqꝫ.d.in nullo.b. Manifeſtuꝫ igiẗ eſt:qm̄ cum nō ſit mediū ſub.a.vtreqꝫ pn̄t eē falſe:ꝛ q̄cūqꝫ ꝯtingit.quot qdeꝫ igiẗ modis: ꝛ per que pn̄t fieri ſm̄ ſyll'm deceptiōes:ꝛ in his que ſunt per demr̄onē manifeſtuꝫ eſt.

¶ De ſyll'is deceptorꝑs in 2ª figura factis circa ꝓpōnes mediatas nō eſt rō diuerſificata ab ea que ſup̄dicta eſt circa imediatas.Syll's ꝟo deceptorius affirmatiuus:ſi ſit per ꝓpriū mediū nō pōt hr̄e vtraſqꝫ ꝓpōnes falſas: ſed tn̄ maioreꝫ neceſſe eſt eē falſam.minor.n.ꝓpoſitio eadē manet in demr̄atiuo ꝛ deceptorio ſyll'o.Sꝫ maior eſt ꝯuerſa a negatiua in affirmatiuā/ꝛ eadeꝫ eſt ratio ſi ſumaẗ mediū nō ꝓpriū dūmodo ſit mediū verū. Sed qn̄ ſumiẗ mediuꝫ nō ꝓpriū neqꝫ verum poſſibile eſt vt ambe ꝓpōnes ſint falſe:ꝛ poſſibile eſt vt tn̄ altera ſit falſa vtraūis exn̄te falſa:ꝛ termini ad oēs hos modos facile ſunt ad inueniēdū.¶ Jaꝫ igiẗ in hoc cap̄ vſqꝫ ad locū iſtū oſtēſe ſunt.9.ꝯnes:quaꝝ pª eſt hec. Nulla negatiua eſt imediata cui⁹ ſubm̄ eſt ſub aliq̄ ſub quo non eſt pª̄ p̄dicatum/vel eꝯ:vel cui⁹tā ſubm̄ q̄ p̄dicatū eſt ſub quo nō eſt reliquum.¶ Scd̄a eſt hec.Oīs negatiua eſt imediata cuius neqꝫ ſubm̄ neqꝫ p̄dicatū eſt ſub aliquo ſub quo nō eſt reliquuꝫ.ꝛ nō diuido iſta in cap'lm ſeparatum ab eo qd̄ ſequiẗ:qꝛ nō ſunt itroducta niſi gratia eius qd̄ ꝯñter ſeq̄tur.¶ Tertia ꝯcluſio eſt hec. Syllogiſmus deceptorius circa immediata affirmatiuus pōt hr̄e maiorē veram ꝛ minoreꝫ falſam:ſed nō ecōuerſo. ¶ Quarta ꝯcluſio eſt hec.Syll's deceptorius circa immediata negatiuus in p̄ma figura poteſt eſſe ex vtriſqꝫ falſis/ꝛ ex altera tn̄ falſa vtraūis exn̄te falſa.¶ Quinta eſt hec.Syllogiſmus deceptori⁹ in ſcd̄a figura nō poteſt eſſe ex vtriſqꝫ totis falſis:ſed pōt hr̄e vtrāqꝫ in parte falſam:ꝛ pōt habere alterā tn̄ falſam/ꝛ quālibet cōtingit.¶ Sexta eſt hec. Syllogiſmus deceptori⁹ circa mediata negatiuus in p̄ma figura factus per mediū ꝓprium/vel per mediū verum nō ꝓpriuꝫ habet tn̄ maiorem falſam ꝛ minorē verā.¶ Septima eſt hec.Syllogiſmus deceptorius circa mediata in p̄ma figura factus per mediū nō ꝓprium pōt eſſe ex vtriſqꝫ falſis/et ex altera tn̄ falſa/ꝛ qualibet ꝯtingit.Qd̄ autē dictuꝫ eſt de ſyllogiſmo deceptorio circa mediata in ſcd̄a figura nō cōputaẗ pro alia ꝓpōne a gn̄ta.¶ Octaua eſt iſta. Syllogiſmus deceptorius circa mediata affirmatiuus factus per ꝓpriū mediuꝫ vel per mediū verum habet tn̄ maiorem falſam ꝛ minorē veraꝫ.¶ Nona eſt hec. Syllogiſmus deceptorius circa mediata affirmatiuus factus per mediū nō ꝓprium pōt eſſe ex vtriſqꝫ falſis/ ꝛ altera tn̄ falſa ꝛ qualibet ꝯtingente.

¶ Manifeſtū eſt etiā ſi ſenſus q̄ſpiaꝫ defuerit:nec'io ꝛ ſciaꝫ aliquā deeſſe:quā qdē ꝯſeq nō poſſum⁹. Siquidē diſcimus:vel inductiōe:vel demr̄atione. Eſt aūt demr̄atio qdeꝫ ex vlib⁹.inductio ꝟo ex ꝑticularib⁹.Fieri ꝟo nō pōt vt vlia ꝑcipiant:niſi per inductioneꝫ.Qm̄ ꝛ ea que abſtracta dn̄r:erūt per inductionē nota:ſiqs nota voluerit facere:inеē inqꝫ nōnulla gn̄i cuiqꝫ:ꝛ ſi nō ſeparabilia ſunt:ꝛ vnūqd̄qꝫ eſt tale. Inductionē aūt eū qui ſenſu caret ꝯficere: vnuꝫ eoꝝ eē ꝯſtat que nullo pacto fieri pn̄t. Ipſoꝝ nāqꝫ ſingulariū eſt ipē ſenſus. Nō enim fieri pōt vt ipoꝝ accipiaẗ ſcīa:neqꝫ.n.ex vlib⁹ abſqꝫ inductiōe: neqꝫ per inductionē ſine vi ſentiēdi.

¶ Manifeſtum eſt aūt ꝙ ſi aliqs ſenſus defecerit:neceſſe eſt aliquā ſciaꝫ deficē:quā impoſſibile eſt accipe:ſiqdeꝫ addiſcimus aut inductione aut demr̄one.Eſt aūt demr̄atio qdeꝫ ex vlibus. Inductio autē ex his que ſunt ſm̄ pte. Impoſſibile aūt vlia ſpeculari ꝛ nō per inductiōeꝫ:qm̄ ꝛ que ex abſtractione dicunẗ erūt per inductiōes nota,ſiqs velit nota facere que iſunt in vnoquoqꝫ gn̄e:ꝛ ſi nō ſeparabilia ſint ſm̄ qd̄ vnūqd̄qꝫ hui⁹ eſt: Inducere auteꝫ nō hn̄tes ſenſum ipoſſibile eſt.ſingularium.n.ſenſus eſt. Nō.n.cōtingit accipe eoꝝ ſciam:neqꝫ enim ex vlibus eſt ſine inductione:neqꝫ per inductionem ſine ſenſu. T.c.81.

¶ Explanatis oībus modis ſm̄ quos accidit ignorantia ſm̄ diſpoſitionē dicta.Cōſequēter explanat Ariſt.vnde ꝓueniat ignorātia dicta ſm̄ negationeꝫ: vt ſermo ſuus ſit cōpletus de cauſis ex qbus accidit ignorātia. Unde etiā iſta particula de cauſis ignorātie ſm̄ negationē nō incōuenienter poni poteſt de eodē cap'lo cum ꝓxime dictis:vt totum ſit vnuꝫ cap'lm de cauſis ignorātie. Dicit igiẗ ꝙ occaſione defect⁹ alicuius ſenſus eſt defect⁹ alicuius ſciētie cuius erit ignorātia ſm̄ negationem dicta. Huius aūt ꝓbatio eſt hec.Cum ſenſus ſit ſingulariū apprehēſiuus:deficiēte aliquo ſenſu deficit aliquoꝝ ſingularium apphēſio.ergo cum inductio ſit ex ſingularib⁹: deficiēte aliquo ſenſu deficiet inductio accepta a ſingularibus quoꝝ ſenſus qui deficit eſt apphēſiuus. Et deficiente inductione accepta ab illis ſingularib⁹ deficiet apud intellectū cognitio vl'is eoꝝūdem ſingulariū:quia ipm̄ vle nō eſt acceptuꝫ niſi per inductionē:ꝛ deficiēte vli apud itellectū deficit demōſtratio:eo ꝙ demōſtratio eſt ex vlibus:ꝛ deficiēte demōſtratiōe deficiet ſciētia que per ſolā demōſtrationē acq̄riẗ.ergo a p̄mo deficiēte aliquo ſenſu:deficiet aliqua ſciētia cui⁹ eſt ignorātia ſm̄ negationem.¶ Dico tn̄ ꝙ poſſibile eſt quālibet ſciam eē abſqꝫ ſenſus adminiculo. In mēte eniꝫ diuina ſunt oēs ſciētie ab eterno:[a] ꝛ nō ſoluꝫ eſt in ipſa vliū cognitio certa/ſed oīuꝫ ſingulariū:[b] lꝫ mens diuina nouerit ſingularia per modū vliū:qꝛ ipſa nouit oēs ſingulares eētias per modū abſtractū:nos nāqꝫ nō nouimus ſingularitatē hui⁹ humiditatis:niſi per h ꝙ admiſcemus eaꝫ accn̄tibus:ipſa ꝟo nouit eius ſingularitatē in puritate eſſentie ſue nō ꝯcernēdo eā cum accn̄tibus. Siliter intelligētie recipiētes irradiationē a lumine p̄imo/in ipſo lumine p̄mo vident oēs res ſcibiles vles et ſingulares:ꝛ etiā in reflexione ipſius intelligētie ſupra ſe cognoſcit ipſas res que ſunt poſt ipſaꝫ:per h ꝙ ipſa eſt cā eaꝝ.Eſt igiẗ in his que carēt ſenſu ſciētia cōplexiua: ꝛ ſiliter pars ſuꝑma aīe humane que vocātur intelligētia:ꝛ que nō eſt actus alicuius corꝑis:[c] nec egens in ſua oꝑatione ꝓpria inſtr̄o corꝑeo:ſi nō eſſet molle corporis obnubilata ꝛ aggrauata:ipſa per irradiationē receptaꝫ a lumine

[a] ¶ Scia dei ſcia nō tn̄ ꝓpe ſciētia:qꝛ nō eſt acq̄ſita ꝑ diſcurſuꝫ:ſꝫ ſapiētia eſt ꝙ probat loq̄ndo.

[b] ¶ In mēte diuina eſt cognitio vliu ꝛ ſingulariū.opp'm tenet Auerr. ad mētē ꝓbi p's.12.metaph. com.51.

[c] ¶ Ꝗ intelligẽ per nō eſſe actuꝫ corꝑis ꝛ nō eſſe formā dātē eē corꝑi. ꝯtr Auer.com tradicit.

a lumine ſuperiori dicit cōpletam ſciam abſq; ſenſus adminiculo: ſicut habebit cum a͞ia erit exuta a corpore: ᵃ τ ſicut dicit forte aliq abſoluti ab amore τ phātaſmatibus rerum corpalium. Sed quia ipſa puritas oculi aīe per corpus corruptum obnubilata τ aggrauata eſt. Oēs vires ipſi⁹ aīe rōnalis in hoīe nato occupate ſunt per mollem corporis ne poſſit agere: τ ita quodāmodo ſopite. Cum itaq; pceſſu tpis agūt ſenſus per multiplicē obuiationē ſenſus cum ſenſibilib⁹ expgiſcit ratio ipſis ſenſibilib⁹ mixta: τ in ſenſibus quaſi in naui ad ſenſibilia delata: ratio vero expecta incipit diuidere τ ſeorſum inſpicere que in ſenſu erāt ꝯfuſa: vtpote viſus colorē magnitudinē figuram corpus ꝯfundit: τ in eius iudicio ſunt hec oīa accepta vt vnū: ratio vero expecta diuidit colorē a magnitudine τ figura τ corpore. τ iterū figurā τ magnitudinē a corpe ſubā: τ ita per diuiſionē τ abſtractionē puenit in cognitionē corpis ſube deferētis magnitudinē τ figurā τ colorem. Ueruntamē nō nouit ratio hoc eſſe actu vle niſi poſtq; a multis ſingularib⁹ hāc fecerit abſtractionem et occurrit ei vnum τ idē ſm iudiciū ſuū in multis ſingularibus reptū. hec eſt igit via qua venat vle incōplexū a ſingularib⁹ per ſenſus adminiculū. Uniuerſale etiam expimētale nō acqrit a nobis hītibus mētis oculum. ſ. indefecatum niſi ſenſus miniſterio. cum enim ſenſus apprehēdit duo ſingularia pluriesq; quoꝝ alterum eſt alteri cā vel alio modo ad ipm cōparatū: τ ipſam cōparationē mediā nō apphēdit: vtpote cum videt frequēter quia comeſtionē ſcamonee ꝯcomitātem egeſtionē cholere rubee: τ nō vidit q ſcamonea attrahit τ educit choleram rubeam ex frequēti viſione hoꝝ duoꝝ viſibiliū incipit eſtimare 3ᵐ inuiſibile. ſ. q ſcamonea eſt cauſa educens cholerā rubeam. τ ex hac intētione eſtimata frequēter: τ in memoria repoſita τ ex intētionib⁹ ſenſatis a qb⁹ accipit intētio eſtimata expergiſcit ratio: ratio igit expergefacta incipit admirari τ cōſiderare an res ſe habeat ſicut dicit eſtimatio memorata. τ hec duo ꝯuertūt rōnē ad expientiā. ſ. vt det comedere ſcamoneā cum circūſcriptione τ ablatione aliaꝝ cauſaꝝ purgantiū cholerā rubeam. Cum aūt dederit frequēter ſcamoneā cum certa circūſcriptione ablationis aliaꝝ rerū educētiū cholerā rubeam, format apud rationē hoc vniuerſale, q ſcamonea oīs ſm ſe educit cholerā rubeam. τ hec eſt via qua peruenit a ſenſu in pncipiū vle expimētale. ¶ Manifeſtum itaq; eſt q deficiēte aliquo ſenſu in oībus habētibus mētis oculum molle corpis corrupti occupatū deficit etiā vniuerſale incōplexū ex ſingularib⁹ ſenſus deficiētis venatum: τ deficit etiā vniuerſale cōplexū expimētale ab eiſdem ſingularib⁹ ſumptū: τ per cōſequēs [illegible]monſtratio τ ſciētia que erigit ſup vniuerſalia ſic [illegible]. Ratio enim in nobis ſopita nō agit niſi poſtq; [illegible] ſenſus operationē fuerit expecta. Cauſa autē quare [illegible]nubilat viſus aīe per mollem corpis corrupti: eſt q affectus τ aſpect⁹ aīe nō ſunt diuiſi, nec attingit aſpect⁹ niſi quo attingit amor τ affectus. ¶ Cum ergo amor et affectus aīe ꝯuertit ad corpus: τ ad illecebras corporales: neceſſario trahit ſecum aſpectū mētis τ a ſuo lumine auertit eum q ſe habet ad ipm ſicut ſol ſe habet ad oculos exteriores. aſpectus autē mētis auerſus neceſſario ꝯuertit in tenebras τ ocium donec egrediēs modo aliquo per ſenſus exteriores in luce ſenſibili exteriori per modum aliquem recipit lucis ad ipſum nate veſtigium. ad qd cum oſtēdit quaſi excitatus incipit querere lumen propriū. τ inquātum auertit amor a corporibus corruptibilibus intantum cōuertit aſpectus ad ſuum lumen, τ intātum reperit ipſum.

¶ Capitulum 15ᵐ.

Omnis aūt rōcinatio trib⁹ ex termis cōſtat: atq; alia eſt affirmatiua: que quidem oſidere pōt. a. cōpetere ipſi. c. ex eo qr. a. cōpetit ipſi. b. τ. b. cōpetit ipſi. c. Alia eſt negatiua: que quidē alterā ppōnē hz affirmatiuā: alterā negatiuā. Patet igit hec eſſe pncipia: τ ea que ſuppōnes dixi. His. n. ſumptis neceſſe eſt demſtrare a. per. b. mediū: ipſi cōpetē. c. Et rurſus. a. p mediū aliud: ipſi ineē. b. Et itē. b. per aliud quodpiam: ipſi cōpetere. c. Si igit pbabilr ſoliſq; diſſerendi mō rōcinari volumus: id tātū vt pz ꝯſiderādū eſt: ſi rōcinatio: ex qua maxime pbabilibus veriſilibuſq; ꝯficit. Atq; ſi p. a. b. ppōnē: que quidē: tāetſi vere nō vacat medio: vr tn̄ eodē vacare rōcinationē quſpiam fecerit: his eſt vt ad diſſcrētem ptinet rōcinat⁹. Sin vero nō illo pacto: ſ; ad vitatē rōcinationes extruere libet: tum id ꝯſiderādū eſt: vt ex hiſce que cōpetūt: ratiocinatio ſemper ꝯficiat. Res autem ita ſeſe habet. Quū eſt id qd de alio nō per accidens pdicat: atq; per accñs dico: veluti cū dicimus: nōnunq; albū illud hoiem eſſe: nō pinde dicētes atq; cum dicimus hoiem eſſe albū. Hō nāq; qui nō eſt aliud quicq;: eſt albū. At albū eſt hō: qr accidit homini vt ſit albus. Sūt igit nōnulla talia: vt per ſe pdicent. Sit itaq; c. tale: vt ipm quidē nulli cōpetat rei. b. aūt huic cōpetat pmo: vt nō ſit inter ipſa mediū vllum. τ rurſus. d. ipſi. b. τ. e. ipſi. d. τ. f. idētidē ipſi cōpetat. e. Querēdū eſt igit ſi neceſſe eſt hoc ſtare: an fieri pōt: vt in infinitū pficiſcat. Rurſus ſit. a. quo de nihil per ſe predicat. Atq; hoc ipſi pmo cōpetat. b. τ nulli priori medio cōpetat. Et. b. idētidē ipſi. g. τ. g. ipſi. f. τ. f. ipſi cōpetat. e. Querimus igit vtrum τ huiuſce pfectionis ſit nec̄io ſtatus: an ſine modo ſit ſemp abiectio. Atq; hoc tātum ab illo differt: qd illū quidē eſt: fieri ne pōt: vt quſpiam ſi a tali incipiat: vt ipm quidē nō inſit cuiq;: aliud aūt de ipſo dicat verſus ſupa pgendo: ſine fine ſemp pficiſcat. Hoc aūt eſt: fieri ne pōt: vt quſpiam ſi incipiat ab eo de quo nihil di: ipm vero de altero pdicat: pareteq; in iferiora ſemp hoc pacto pficiſcat: nulluſq; ei modus occurrat. Preterea qrendū eſt: fieri ne pōt: vt ſi extrema ſint finita: veluti ſi. a. competat ipſi. c. τ inter ipſa ſit mediū. b. ac inter. a. τ. b. medium etiā aliud cadat: τ inter hec rurſus aliud: vtrū τ in his ipſis ſit in infinitū pceſſio: an idipm fieri nequeat. Idem eſt aūt hoc ꝯſiderare: τ ſi demſtrationes in ifinitū pficiſcantur: τ ſi ſit cuiuſlibet demſtratio: an ad vtrāq; ptē finis occurrat. Silr τ de rōcinationibus negatiuis τ ppōnib⁹ eſt dicēdum: veluti ſi. a nulli. b. cōpetat: aut illi pmo ineſt: aut eſt aliqd mediū cui pori nō ineſt: atq; ſi ſit. c. qd quidem cuilibet cōpetit. b. rurſus. a. aut ipſi. c. pmo: aut alij pori nō ineſt: qd quidē cuilibet cōpetit. c. τ in his enim: aut ifinita ſunt ea qb⁹ nō ineſt prioribus ipm. a. aut finita: moduſq; tādē occurrit. In his aūt que ꝯuertunt res nō ſeſe habet ſilr. Nō eſt. n. in hiſce que mutuā ſuſcipiūt pdicationē id de

a ¶ Hoc eſt dictum non ad [illegible]

quo ṗmo vel vltimo ṗdicaẗ. Oĩa nãqꝫ ſilr h̃ pacto ſeſe hñt ad cuncta: ſiue ſint ea infinita que ṗdicanẗ de ipſo: ſiue vtraqꝫ dubitata ſint infinita: preter idipſum qȯ non ſit vt ſiliter ꝯuertanẗ ſed alterum per accidens. Alterum v̾o natura.

T.c.82. Si autē oĩs ſylľus per tres termi nos. Et h̃ quidē demõſtrare poſſibile eſt: qm̃ eſt. a. in. c. ꝓpter id qȯ eſt in. b. ⁊ hoc in. c. Sꝫ priuatiuus eſt alterã quidē ꝓpõnē hñs: qm̃ eſt aliud in alio. alterã autē: qm̃ non eſt. Manifeſtũ igiẗ eſt ꝙ principia ⁊ dicte ſuppõnes he ſunt. Accipiẽtē enĩ hec neceſſe eſt ſic demõſtrare: vt qȯ. a. ſit in. c. per. b. iterum aũt qȯ. a. ſit in. b. per aliud mediũ: ⁊ ꝙ. b. ſit in. c. ſilr. ꝭm qdē igiẗ opinionē ſyllogizãtib⁹ ⁊ ſolũ dialectice manifeſtũ eſt ꝙ h̃ ſolũ intẽdendũ ſit. Si aũt ex quib⁹ ꝯtingit ꝟiſſibus fieri ſylľus. Quare ⁊ ſi nõ eſt aliquid eorũ in veritate que ſunt a. b. mediũ. videẗ aũt nõ per hec ſyllogizans dialectice. Ad ꝟitatē aũt ex his que ſunt opꝫ intẽdere. Habet aũt ſe ſic. Qm̃ autem eſt qȯ ipm̃ quidē de alio ṗdicaẗ nõ ꝭm accidēs. Dico autē ꝭm accidēs: vt album: aliqñ dicimus ꝭm illud eſſe hoiem. nõ ſilr dicẽtes ⁊ hoiem album. Hic quidē enim cum nõ alteꝝ aliqȯ ſit albũ eſt. albũ aũt qm̃ accidit homini eē albo. ſunt igiẗ quedã huiuſmodi vt ꝭm ſe ṗdicanẗ. ſic igiẗ. c. huiuſmodi ꝙ ipm̃ qdē nõ etiã ſit in alio. in h̃ aũt. b. ſit primo. ⁊ non eſt aliud medium. Iterũ in. e. ſit. f. ſilr ⁊ hoc in. b. Nunqd ꝗ hoc neceſſe eſt ſtare: aut ꝯtingit in infinitum ire. Et iterũ ſi de. a. qdē nihil ṗdicaẗ per ſe. a. aũt in. c. eſt primo. medium aũt in nullo priori: ⁊ itẽ. c. in. i. ⁊ hoc in. b. Nunqd ⁊ hoc ſtare neceſſe eſt: an ⁊ hoc ꝯtingit in ĩfinitum abire. Differt aũt hoc a priori tm̃: qm̃ hoc qdem eſt: nunqd ꝯtingit incepturum ab huiuſmodi ꝙ in nullo eſt altero: ſed aliud in illo ſurſum in infinitũ abire: alteꝝ aũt incepturum ab huiuſmodi qȯ ipm̃ quidē de alio: de illo aũt nihil ṗdicaẗ deorſum intẽdere ſi ꝯtingit ⁊ in infinitum ire. Amplius in medio nunqd ꝯtingit ĩfinita eē determinatꝭ terminis. Dico autē vt ſi. a. in. c. ſit: mediũ autē ipſoꝝ ſit. b. b. autē ⁊. a. alteꝝ: ſed hoꝝ alia. nunqd ⁊ hec cõtingit in infinitum abire: aut ĩpoſſibile eſt. Eſt autē hoc intẽdere idem. ⁊ ſi demõſtratiões in ĩfinitum veniãt: ⁊ ſi eſt demõſtratio rei oĩs aut inuicem cõcludanẗ. Silr aũt dico ⁊ in priuatiuis ſylľis ⁊ ꝓpõnib⁹: vt ſi. a. non ineſt. b. vlľ: aut primo aut aliqd erit in medio cui priori nõ ineſt: vt ſi ipſi. c. ꝙ eſt in omni. b. ⁊ iterum h̃ etiam in alio priori: vt ſi. b. eſt qȯ ſit in omni g. nãqꝫ ⁊ in his aut infinita ſunt in quib⁹ ineſt priorib⁹: aut ſtatur. Sed incõuertibilib⁹ non ſiliter ſe habet: nõ enim eſt in eque ṗdicabilibus de quo ṗdicaẗ primo aut vltimo. oĩa enim hec ſiliter ad oĩa ſe habẽt: ⁊ ſi ſint infinita de ipſo ṗdicãtia in vtraqꝫ ſunt ṗdicata infinita: vbi ſiliter ꝯtingat ꝯuerti: ſed hoc quidē ſicut accidēs: illud v̾o ſicut ṗdicatum.

Explanauit Ariſt. in primo capľo cauſas ignorãtie veras ⁊ exiſtẽtes. In hoc aũt capľo intẽdit explanare cãm ignorãtie opinatiuã ſolum ⁊ nõ exiſtem: ⁊ illã deſtruere. Cauſa aũt hec eſt ĩfinitas medioꝝ in via reſolutiõis que poſſibilis eſt apud opinionē: ⁊ ĩpoſſibilis in re. Que ſi eſſet nihil ꝯtigeret ſcire. hãc igiẗ ĩfinitatē in hoc capľo deſtruit Ari. ⁊ hui⁹ deſtructio eſt ꝯfirmatio cuiuſdam demr̃ati in ṗ⁰ ꝓpõne huius ſcie. ſ. ꝙ ṗnª indemõſtrabilia ⁊ imediata ſint. Et hoc eſt capľm ꝭm iudiciũ meum potius de cõplexione bonitatis huius ſcie q̃ꝫ de cõplexione ſube. Oſtẽdit itaqꝫ Ariſ. in hoc capľo qnqꝫ. ſ. ꝙ ṗdicata ſtant in ſurſum/ꝙ ſtant in deorſum. ⁊ ꝙ finitis extremis finita ſunt media. ⁊ ꝙ ṗdicationes nõ ſolum ſubales: ſed ⁊ accñtales per ſe ſtant in ſurſum ⁊ deorſum. Et ex his ꝯcludit vltimo ꝙ via reſolonis nõ ibit in ĩfinitũ: ſed nec eſt imediata indemonſtrabilia eē in qbus ſtatur ⁊c̃. ¶ Dicit ḡ Ari. ꝙ via ſyllogiſtica demr̃atiua tã affirmatiua q̃ꝫ negatiua ordinat ṗdicata que ſunt ꝑ ſe ⁊ nõ per accñs: ⁊ que ſunt ꝭm veritatē ⁊ nõ que ꝭm opiõnē ſolũ: per moᵐ vie recte ⁊ cõtinue: vt de. c. b. ⁊ de. b. e. ⁊ de. e. i. ⁊ de. i. a. ⁊ h̃ eſt manifeſtᵐ valde ſciẽtib⁹ ordinatiõem ſyllogiſticã. ex h̃ mõ ordinationis ṗdicatoꝝ ſubinfert tres dubitatiões. ſ. An poſito ſubo ĩfimo ꝙ nõ habet ſub ſe ſubm aliud ꝯtingat aſſumere ṗdicata ꝯtinue in ſurſum in infinitũ. ⁊ iteꝝ poſito ṗdicato ſuṗmo de quo nõ dĩ ſupius aliqd ꝯtingat ordinare ſub ipſo ꝯtinue ſubta deſcẽdẽdo in ĩfinitũ. Tertio: an poſitis ſuṗmo ⁊ ĩfimo ꝯtingat iter hec duo eē ĩfinita media ordinata. Et q̃rere h̃ eſt q̃rere an via reſolutiõis habeat in ĩfinitũ ⁊ demõſtrenẗ oĩa: an demr̃ones finiantur. Et itelligit Ari. in hoc ordinatione ṗdicabilium ſuꝑ qua fundat ſuas qõnes: ꝙ ṗdicatũ ſemper ſit in plus q̃ꝫ ſuũ ſubm: ⁊ ſubm in minus. Sič ſe hñt genus ⁊ ſpẽs vel dĩa: ⁊ ſpẽs. Unͣ in ꝯuertibilib⁹ nõ cadit hec q̃ſtio: an cõtingat in his ire in ſurſum vel deorſum in ĩfiᵐ: qꝛ in illis nihil eſt ſuṗmũ vel ſupius: ⁊ nihil ĩferi⁹: ⁊ cũ in ꝯuertibilib⁹ ſint ṗdicata de ſe inuicē ꝭm rectũ vel obliquũ ĩfinita. Aliter. n. nõ augmẽtarenẗ demr̃atiões arithmetice ⁊ geometrice in poſt aſſumẽdo in ĩfinitũ: ꝭm vtrãqꝫ viam erit ꝓceſſus in infinitũ: hoc eſt poſito ſubo aliquo poſſumus ſuꝑaddere ṗdicationes in ĩfinitũ. ⁊ poſito ṗdicato aliquo poſſumus ei ſubycē ordinate ſubiecta ĩfinita: vt dicamus ṗdicatum omne qȯ ꝭm ſermonē dĩ de aliquo ſiue ſit per ſe accidēs de ſubo: ſiue ſubiectũ de per ſe accidẽte. ⁊ ſiliter ſubiectũ omne qȯ ꝭm ſermonē ſubycit aliq: qa ſi de ꝯuertibilib⁹ demõſtrabilib⁹ dicamus ſolũ per ſe accidēs. ⁊ qȯ in ꝯclone demõſtratiua ṗdicaẗ eſſe ṗdicatum/⁊ ꝙ in ſmone demõſtratiuo ſubycit eē ſubiectum. nõ erit ꝓceſſus in infinitũ ꝭm vtrãqꝫ viam dictã: ſed ꝭm alterã ſolum. Poſito enim ṗdicato ṗmo poſſibile eſt aſſumere in poſt ſubiecta ĩfinita: ſed poſito ſubto nõ eſt ſumere in ante ṗdicata ĩfinita: qa ſi eēt nõ ſtaret

demr̃atio

demõſtratio in ante. ⁊ hãc ſniam dicit Ariſto. in hac lra [Et ſi ſint ĩfinita de ipo prĩa in vtraqʒ ſunt pdicata ĩfinita: vbi ſiſt ↄtingat ↄuertere: ſed h qdez ſic accidẽs: illud h̄o ſicut pdicatũ ⁊c.] Hec nãqʒ ↄiũctio ſi ponit̃ ↄfirmatiue: quaſi dicat. cũ ſint infinita pdicata de ſe ↄuerſim in vtrãqʒ dictã viaʒ erit aſſumere infinita: niſi velimus ꝙ vna via ſit ordinata ſm predicationem vel ſubiectionem directam: quia tunc non ibit vtraqʒ via in infinitum. Sed ſi vna via ſumat predicationẽ indirectam: ⁊ alia predicationem directam: manifeſtum ꝙ contingit vtrãqʒ viaʒ ire in infinitum.

C His hoc pacto diſpoſitis patet fieri nõ poſſe: vt media ſint infinita. Si predicationes verſus ſuperius inferiuſue ↄficiſcantur ad ſtatuʒ. Atqʒ verſus quidem ſuperi⁹ predicationẽ eam dico que pgit ad id quod eſt magis vniuerſale: verſus aũt inferius: eam que ad particulare deſcendit. Nam ſi cuʒ. a. in c. predicat̃ ĩfinita ſunt media ceu. b. patet fieri poſſe vt ab. a. verſus inferi⁹ in infinituʒ aliud de alio predicetur. Nam antea ꝙ̃ accedatur ad c. infinita media ſunt: ⁊ a. c. verſus ſuperius infinita ſimil̃r ſunt antea ꝙ̃ aſcẽdat̃ ad. a. Quare ſi hec fieri nequeũt: fieri profecto non poteſt: vt inter. a. ⁊. c. media ſint infinita. Neqʒ quicꝙ̃ refert ſi quiſpiam dicat alia quidem ipſoꝝ. a. b c. inter ſeſe herere: vt nihil proꝛſus ſit inter ipſa. Alia vͦo nõ poſſe talia ſumi. Quotus nãqʒ medio. b. ſumpto ab hoc autẽ ad. a. aut ad c. infinita vel finita media erũt. Nihil igit̃ intereſt a quo naʒ primo ſint infinita ſiue ſtatiʒ ſiue nõ ſtatiʒ. Naʒ ea que ſunt poſt hec infinita eſſe ponunt̃.

Dubium 5m. ¶ Utrum concluſio ſit pars ſylli. ¶ Rñdeo q̄ nõ. pro ↄcluſione iſta argumẽtat̄ ſic. ¶ Cum deſcribẽdũ eſt aliquid per ꝓpriã paſſionẽ nõ debet paſſio illa ↄuenire deſcripto per alterũ: ſed per ipſuꝫ: ſed demõſtratio deſcribitur per facere ſcire ꝑmo Poſter. textu cõmẽ. quinti. q̄ eſt ꝓpria paſſio ↄueniens ipſi. Ideo hec virtus nõ eſt demõſtrationi attribuẽda ratione partis integralis: ſed per ſe illi attribuenda eſt: aliter diffinitio Ariſto. nõ eſſet bona. igitur demõſtratio eſt due premiſſe que ↄcluſionẽ inferũt. Et ↄſĩter ↄcluſio demõſtrationem nõ cõponit tanq̄ pars. ¶ Cõfirmat̄ ratio hec ex diffinitione ſcire: ſcilꝫ per demõſtrationem intelligere: ſi enim ↄcluſio eſſet de eſſentia demõſtrationis: tũc ſcire eſſet per partem demõſtrationis intelligere: ⁊ ſic ꝓpria paſſio per ſe nõ ↄueniret totiꝰ ga ratione partis integralis: ſcilꝫ antecedẽtis. ¶ Adhuc ↄfirmatur ratio ex diffinitione ſyllogiſmi. Quoniã ipſum ſyllogiſmũ diffinit Ariſto. per eſſe cõcluſionis illatiuum. Ideo per ſeipſum ſyllogiſmũ eſt ↄcluſionis illatiuus: nõ autẽ per partem ſui. ¶ Ad hec reſpõdetur. premittẽdo q̄ aliud eſt ordo ſyllogiſmi: ⁊ aliud decurſus totalis ſyllogiſmi. Ordo nãq̄ ſyllogiſmi eſt debita triuꝫ terminoꝝ diſpoſitio: que terminoꝝ diſpoſitio niſi in premiſſis reperit̄: quem ſyllogiſmi ordinez explicat Auer. primo Prioꝝ capite 6°. dicens q̄ omne. a. eſt. b. omne. b. eſt. a. eſt ordo ſyllogiſticus: ſed ſyllogiſmi totalis decurſus eſt ille cui ↄuenit per ſe diffinitio ex primo Prioꝝ capite ꝑmo. Conuenit enim aggregato ex ꝑmiſſis ⁊ ↄcluſione: q̄ ſit oratio in qua quibuſdã poſitis ⁊c. Ergo nõ ſoluꝫ due premiſſe decurſum totalis ſyllogiſmi erũt: ſed aggregatuꝫ ex his ⁊ ↄcluſione. ¶ Premittitur ſecũdo q̄ ⁊ ordo ſyllogiſmi ⁊ totalis decurſus ipſius vere ſyllogiſmus poterit appellari: ordo quidẽ ſyllogiſmi ſyllogiſmus mãliter erit: quia materialiter ↄcluſionem cõtinet: iuxta Phm primo Prioꝝ capite 22°. concluſio enim eſt medietas premiſſaꝝ: ⁊ ſic ordo ille aggregabitur ex premiſſis ⁊ ↄcluſione mãliter. Quare ordo ſyllogiſmi ſyllogiſmus materialr poterit appellari: ſed quia decurſus totalis ſyllogiſmi eſt ex ↄcluſione ſm cõpoſitionem: formaliter ſyllogiſmus appellabit̄. ¶ Premittitur tertio Phm quãdoq̄ vti ſyllogiſmo materialiter: vt primo Prioꝝ capite 20°. cum oſtendit ſyllogiſmum omnẽ eſſe ſm aliquam trium figuraꝝ. ⁊ 22. vbi declarat ſyllogiſmũ quẽlibet cõſtare ex duabus ꝓpoſitionibus tñ ⁊ tribus terminis. Et iſto modo vtitur ſyllogiſmo Auer. primo Prioꝝ capite 5°: dicẽs: ⁊ quando cõponitur ſyllogiſmus cõpoſitione ex qua re ſequatur aliud id eſt ↄcluſio preter ipſum ſyllogiſmũ de neceſſitate. Et ſyllogiſmus queſitus in hoc libro eſt ſyllogiſmus cõpoſitus ſuper queſituꝫ determinatũ. Et ſecũdo Prioꝝ capite ꝑmo. Propoſitiones per quot erũt ſyllogiſmi ſunt due. Et infra ↄſequẽtia ↄcluſionis ex ſyllogiſmo nõ eſt alterna ↄſequentia. Quãdoq̄ autẽ vtitur Phs ſyllogiſmo formaliter: vt cum formalem diffinitionẽ: et primo Prioꝝ: ⁊ ꝑmo Topicoꝝ deſignauit. ¶ Ex his dicitur ad rationẽ q̄ demõſtratio facit ſcire: non quo ad totalẽ demõſtrationis proceſſum: ſed quo ad ordinem demõſtrationis qui demõſtratio materialiter appellatur. Et ſic ratio primo nil aliud ↄcludit: niſi q̄ cõcluſio que ſcitur in totali decurſu demõſtrationis que demonſtratio formaliter dicit̄ non eſt de eſſentia ſyllogiſmi materialiter. Et ſic ad ↄfirmationez vltimam dicit̄ q̄ virtus illatiua cõcluſionis nõ reſeruatur in ſyllogiſmo formaliter ſumpto: ſed materialr tñ: quia tũc tres ꝓpoſitiones inferẽtes eſſent ↄcluſionem: ⁊ per ↄſequẽs ſyllogiſmus formaliter eſſet ex quatuor ꝓpoſitionibꝰ: qđ eſt falſuꝫ. ¶ Cõtra ſupponitur ex primo ⁊ tertio premiſſo q̄ diffinitio ſyllogiſmi primo Prioꝝ capite ꝑmo: per ſe ↄueniat ſyllogiſmo formaliter ſumpto: id eſt aggregato ex premiſſis ⁊ ↄcluſione: qđ eſt ↄtra Auer. primo Prioruꝫ capite 5° dicẽtem. Dicamus ergo ex qua re cõponat̄ ſyllogiſmus qui diffinitus eſt prius ⁊ qualis eſt modus cõpoſitionis eius. Et cuꝫ cõponitur cõpoſitione ex qua re ſequatur aliud: id eſt ↄcluſio preter ipſum de neceſſitate. Sed per te: vt dixiſti in tertio ꝑmiſſo ſyllogiſmo hic cap. 5°. vtitur materialr: ſcilꝫ pro premiſſis tñ. Sed hic vtitur ſyllogiſmo qui diffinitus eſt. ergo ſyllogiſmo formaliter ſumpto per ſe non ↄuenit diffinitio ſyllogiſmi. Et paulo inſra dixit. Dicamus ergo q̄ ſyllogiſmus queſitus in hoc libro: eſt quidez ſyllogiſmus cõpoſitus ſup queſituꝫ determinatũ: id eſt ſuper ↄcluſionẽ: tũc ſic: ſyllogiſmus queſitus in libro Prioꝝ cõponitur ſup cõcluſionem. ergo ipſius ſyllogiſmi ↄcluſio nõ eſt pars. Et capite 6°. Et quando ſit hec cõpoſitio aliquando ↄcludẽs negatiuam: aliquãdo affirmatiuã non ſequit̄ ex ea aliquid aliud: id eſt ↄcluſio ex neceſſitate ⁊ ſemper: qđ acceptũ eſt in diffinitione ſyllogiſmi.ᵃ Ideo poſtq̄ Auer. primo Prioꝝ capite ꝑmo. declarauit oẽs partes diffinitionis ſyllogiſmi. Dixit ⁊ qđ remanet ad oſtendẽdaꝫ in ipſo eſt: q̄ oportet vt ponãtur in eo plus vna ꝓpoſitione. Et oſtẽditur quando oſtẽdit̄ q̄ ois quippe ſyllogiſmus cõponitur ex duabus ꝓpoſitionibus nõ pluribus neq̄ paucioribus. ¶ Secũdo arguo ſic eſſe orationem ex qua ſequit̄ cõcluſio non ↄuenit aggregato ex premiſſis ⁊ cõcluſione: ſed aggregato ex ꝑmiſſis tñ. Sed eſſe orationẽ ex qua ſequitur ↄcluſio ponitur in diffinitione ſyllogiſmi: hec ex Auer. ꝑmo Poſterioꝝ capite 17° in fine. Quoniã quidem dicitur in diffinitione ſyllogiſmi q̄ eſt oratio: ex qua ſequitur res aliquid eſt ↄcluſio neceſſario. ergo diffinitio ſyllogiſmi non ↄuenit aggregato: ex premiſſis ⁊ ↄcluſione. Ubi igitur diffinit Ariſto. hũc ſyllogiſmum. Et vbi diſtinxit: ſcilꝫ ſyllogiſmũ aliquando capi materialiter: ſcilꝫ pro duobus ꝓpoſitionibꝰ: aliquando formaliter. ſ. pro tribus. ¶ Dixit igitur Phs primo Prioꝝ caplo 22°. Quoniam ois demõſtratio ⁊ omnis ſyllogiſmus erit per tres terminos tñ. hoc autez manifeſtum palam: quoniã ex duabus ꝓpoſitionibus ⁊ non pluribus. Quã ſentẽtiaꝫ ſequit̄ Auer. primo Prioꝝ capite 29° dicẽs. Et oportet vt ſit ſyllogiſmus determinatus ad minus cõpoſitus quilibet ex duabus ꝓpoſitionibus cõmunicãtibus in termino medio ⁊ diuerſis in extremitatibꝰ queſiti. Et paulo inſra. Omnis ſyllogiſmus erit quidẽ ex duabus ꝓpoſitionibus ⁊ tribus terminis.

ᵃ ¶ Nota bene.

termino minori medio: ⁊ maiori. et de ſyllogiſmis quidem predicatiuis cōpoſitis ſuper queſitū determinatum eſt manifeſtum. Et ſecūdo Prioꝝ capite 14°. ſyllogiſmus ſimplex eſt qui eſt ex duabus propoſitionibꝰ tm̄. Et capite 4°. Dum oſtēderet in tertia figura ex falſis ſequi verū dixit. nō ſequitur quum auferatur ſyllogiſmus vt auferatur cōcluſio. Et exponit ſcilicet quum ſunt falſe propoſitiones. Et paulo infra quū inuenitur homo inuenitur animal: ⁊ homo eſt hic loco ſyllogiſmi. Erit igitur ſyllogiſmus antecedēs. ❡ Cōtra Auerꝫ. primo Prioꝝ capite primo. dans differētiam inter dictū de omni: ⁊ propoſitionē vniuerſalē. Inquit ad hoc ꝙ dicatur dictum de omni: nō ſolum oportet ꝙ predicatū inſit omni ſubiecto: ſed ⁊ omni qḋ diſponitur per ſubiectum: ꝙ autē diſponitur per ſubiectū minor extremitas eſt. Et quum predicatū nō inſit diſpoſito per ſubiectum niſi in cōcluſione. Quare dictū de omni importat totum ordinem ſyllogiſticū ex cōcluſione ⁊ premiſſis. Tale autem eſt principiū ſyllogiſmi intrinſecū. ergo ꝛc. ❡ Secūdo ex Phi primo Poſterioꝝ. caplo 7°. Tria ſunt in demōſtratiōibus: vbi Auer. ex quibus fabricatur natura demōſtrationis. Unum quidē qḋ demōſtratur ꝯcluſio. Alterum autē dignitates. Tertiū vo genus ſubiectū. ❡ Tertio plures ſunt cōcluſiones. ergo plures ſyllogiſmi. Cōſequentia eſt Philoſophi capite 12°. primo Priorū. ergo niſi cōcluſio eſſet de eſſentia ſyllogiſmi plurificatis ꝯcluſionibus nō plurificarētur ſyllogiſmi. premiſſe enī vt ſyllogiſmus plures poſſunt ꝯcluſiones ꝯcludere: vt ſecūdo Prioꝝ caplo primo. ❡ Quarto ſecūdus modus dicendi per ſe eſt de eſſentia demōſtrationis: ſed ſecūdus modus dicendi per ſe eſt ſemper in ꝯcluſione: quum ſit ratio potiſſime demōſtrationis propriā paſſionem de ſubiecto per diffinitionem ſubiecti ꝯcludere. ergo cōcluſio eſt de eſſentia demōſtrationis. ❡ Quinto anteq̄ſ ſit inducere aut accipere ſyllogiſmū habemus premiſſas. Et tūc non habemus ſyllogiſmū. ex textu Phi primo Poſterioꝝ caplo primo dicētis. Anteq̄ſ ſit inducere aut ſyllogiſmū accipere quodāmodo fortaſſe dicēdum eſt ſcire: modo autem alio nō: ſed anteq̄ſ ſit accipere ſyllogiſmū ſcimus concluſionem in ſuo vniuerſali. ipſam enim quodāmodo ſcimus: ſed ſcire cōcluſionem in ſuo vniuerſali eſt ſcire ipſam in principijs vniuerſalibꝰ ſyllogiſmi eiꝰ. principia autē ſyllogiſmi ſunt p̄miſſe. ergo premiſſe nō ſunt ſyllogiſmus. ❡ Sexto. ꝯcluſio ⁊ interrogatio idētificātur ſm̄ rem: ſed ſyllogiſmus ex interrogationibus cōponitur. ergo ⁊ ex ꝯcluſionibus. minor patet ex textu Philoſophi primo Poſteriorū. caꝑ. 11°. Secūdum vnamquāq̄ʒ erit vtiq̄ʒ aliqua interrogatio ſcibilis: ex quibus qui eſt ſm̄ vnāquāq̄ʒ ſciētiam proprius fit ſyllogiſmus. ❡ Septimo. illud qḋ eſt medietas ſyllogiſmi eſſentialiter ordinatur ad ſyllogiſmū: quoniam aliter pars accidētalem ordinem haberet ad ſuum totū: cuius oppoſitum ſcribitur in predicamētis. ꝯcluſio autem eſt medietas ſyllogiſmi ex primo Priorū capite 22°. Erūt ergo ⁊ ꝯcluſiones dimidietas propoſitionū. ❡ Octauo differētie iſte. ſ. naturale ⁊ artificiale ſunt ſyllogiſmo intrinſece. et ſyllogiſmus dicit̄ naturalis ⁊ artificialis reſpectu ꝯcluſionis. ergo ꝛc. ❡ Cōfirmatur de diuiſione ſyllogiſmi: per vniuerſale ⁊ particulare que ſumpta eſt penes ꝯcluſionē. ❡ Scḋo. ꝯcluſione variata variatur ⁊ modus: ⁊ ex cōſequēti ſyllogiſmus. patet q̄ barbara ⁊ baralipton ſunt ſyllogiſmi diſtincti. ❡ Nono ꝯñs eſt de eēntia ꝯſequētie: ſed ſyllogiſmus eſt ꝯſequētia. ergo ⁊ de illius eſſentia eſt ꝯſequens. ❡ Decimo. ꝯcluſio eſt de diffinitione ſyllogiſmi. ergo ⁊ de illius eēntia. ❡ Ad primū dictum de omni: ⁊ propoſitionē vniuerſalē eſſe idē ſm̄ rem dictū eſt in articulo primo dubio ſecūdo. ❡ Ad ſcḋm. Tria ſunt in demōſtratione. vnum quidē: Inquit Linconiēſis, ⁊ eſt predicatū qḋ demōſtratur in ꝯcluſione de ſubiecto cui per ſe ineſt. Ubi Auer. ⁊ eſt poteſtas queſita in illa arte: id eſt ſunt que oſtendūtur eſſe inuēta ſubiecto per ſe. Scḋm dignitates ex quibus eſt demōſtratio. Tertium genus ſubiectū cui per ſe inherentia demōſtrātur. ❡ Ad tertium. Intentio Phi p̄mo Prioꝝ. eſt loqui de ꝯcluſionibus que per ſe ⁊ p̄mo concludūtur. patet ab Auer. primo Prioꝝ. caꝑ. 7°. Et ſecūdo Prioꝝ. caplo p̄mo. ❡ Ad quartū Phi primo Poſterioꝝ caꝑ. 4°. Ea que dicūtur in ſimpliciter ſcibilibꝰ ſunt predicationes ſecūdi modi dicēdi per ſe. ſimpliciter aūt ſcibilia ſunt ꝯcluſiones demōſtrationis. ❡ Secūdo dico ꝙ maior ꝓpoſitio in demōſtratione eſt ſecūdi modi: q̄ hec eſt ſecūdi modi: aīal rationale eſt riſibile. ❡ Tertio dico ꝙ per ſe dicit̄ de paſſione: quia modi per ſe ſunt predicata: vt dixi in queſtione de demōſtratione. ❡ Scḋo: ratio potiſſime demōſtrationis eſt propriam paſſionē de ſubiecto per diffinitionē ſubiecti cōcludere. ergo ſecūdus modus nō ingreditur demōſtrationē. ❡ Ad quintū. Negatur aſſumptū. ſentētia autē Phi eſt. Cōcluſio anteq̄ſ ſit oſtēſa per inductionē ⁊ per ſyllogiſmū aliquo modo ignorat̄ ⁊ aliquo modo ſcitur. ❡ Ad ſextū. Cōcluſio ꝓpoſitio ⁊ interrogatio ſunt idē ſm̄ rem: vt dixit Auer. Poſterioꝝ primo capite 27°. Ex ꝓpoſitionibus autē fit ſyllogiſmus. Eadem enim oratio eſt interrogatio ꝯcluſio ⁊ ꝓpoſitio. Interrogatio aūt eſt oratio ſumpta ante actualem ſyllogiſationē. Intendit autē Phs ꝯcluſionē iſtam. Quelibet ſciētia habet ſcibiles interrogationes ex his ex quibus fit ſyllogiſmus in eadem ſciētia: quia in vnaquaq̄ʒ ſciētia ꝓpoſitiones ſunt ex his ex quibus fit ſyllogiſmus in eadem ſciētia. ❡ Ad ſeptimū. Cōcluſio eſt medietas ꝓpoſitionū: q̄ ſe habet in ſub dupla proportione ad ꝓpoſitiones: ſunt enim ꝓpoſitiones due: ⁊ ꝯcluſio vna. ❡ Ad octauum. Differētie iſte ſyllogiſmi. ſ. nāle ⁊ artificiale ſunt extrinſece ſyllogiſmo ⁊ nō intrinſece ſumpte. ſ. penes ꝯcluſionem ad quā ſyllogiſmus cōparatur que eſt extrinſeca ſyllogiſmo: q̄ ergo cōcluſio ad quam cōparatur ſyllogiſmus variatur: ratione ſyllogiſmus variatur. ſ. de naturali ad artificialē ⁊ nō re: quia vtraq̄ʒ premiſſarū manet que realiter ſunt ſyllogiſmus. Et ad ꝯfirmationē ſimiliter: q̄ diuiſio ſyllogiſmi per vniuerſale ⁊ particulare ſumitur ex natura ꝯcluſionis ſequētis: q̄ quum ſi contingat eſſe particularē particularis eſt ſyllogiſmus. Si autē vniuerſalē vniuerſalis. Nō autē ex natura p̄miſſarū accipiēda eſt hec diuiſio: quia ſtat vtraq̄ʒ premiſſarū vniuerſali exiſtēte particularem eſſe ſyllogiſmū: vt darapti inter naturales: ⁊ baralipton inter artificiales. Et tūc patet ad tertiā ꝯfirmationē: nec enūmerantur tres vocales: vt tres ꝓpoſitiones q̄bus ille tres vocales correſpōdēt ſint de eſſentia ſyllogiſmi. Sed tertia eſt reſpectu cuius premiſſe dicitur naturalis ſyllogiſmus: aut nō. ❡ Ad nonū. Admiſſo cōmuni modo loquēdi ꝙ ꝯſequentia ſit ꝓpoſitio rationalis cōpoſita ex antecedēte ⁊ ꝯſequēte: negatur ꝙ ſyllogiſmus ſit conſequētia. Sed certa ꝯſequētia eſt quid totū integrale ad ſyllogiſmū ⁊ ſyllogiſmus eſt pars ꝯſequētie. ❡ Ad vltimum ꝯcluſionē eſſe de eſſentia ſyllogiſmi dupliciter intelligitur. Primo: quia ꝯcluſio ſit pars ſyllogiſmi: aut cauſa: aut principiū eius. ⁊ in hoc ſenſu negatum eſt cōcluſionem eſſe de eſſentia ſyllogiſmi. Alio modo ꝙ cō-

cluſio ſit pars diffinitionis ſyllogiſmi,et in hoc ſenſu ve/rum eſt cõcluſionem eſſe de eſſentia ſyllogiſmi.

De ſecundo articulo.

Dico tres concluſiones.Quarum prima eſt hec.Cum fuerit propoſitio maior in figura prima neceſſaria:et minor nõ ſit poſſibilis erit cõcluſio neceſſaria:quia ſi maior ſit iſta neceſſario omne.b.eſt.a.et minor omne.g.eſt.b.in actu/erit cõcluſio hec.Neceſſario omne g.eſt.a.Probatur.Quãdo predicatur aliquid de toto aliquo modo:et de parte:eodẽ modo predicari habet.Sed.a.neceſſario de.b.predicatur.ergo.a.de.g.quod eſt pars.b.neceſſario predicabitur. ¶ Secundo intẽtio maioris ex intẽtione dicti de omni:in primo articulo dubio quarto:eſt vt ſit a.predicatum neceſſario de omni diſpoſito per.b.in actu:ſed.g.diſponitur per.b.in actu.ergo.g.necẽrio eſt.a. ¶ Secũda cõcluſio.Quãdo fuerit propoſitio maior inuenta:et minor nõ ſit poſſibilis erit cõcluſio inuẽta.probatur eodem modo quo et prima:ex terminis etiam patet quod cõcluſio nõ erit neceſſaria:ſi ponatur loco.a.mobile loco.b.animal:et loco.g.homo. ¶ Tertia cõcluſio.Quando fuerit propoſitio maior poſſibilis et minor ſit neceſſaria aut inuenta erit cõcluſio poſſibilis.patet ex intẽtione dicti de omni in propoſitione maiori poſſibili:que eſt vt ſit.a.predicatum cõtingenter de omni diſpoſitio per.b.in actu.ergo ſi.g.diſponatur per.b.in actu:cõtingẽter.g.erit.a.ſimiliter oſtẽditur ſi maior vniuerſalis fuerit negatiua poſſibilis.

De tertio articulo.

Sciẽdum ſicut dicit Auer.primo Priorum cap.15°.in digreſſione illa quod Theophraſtus et Adimes ex antiquis Peripatheticis:et Themiſtius ex nouis ipſorum:et qui ſequuntur eos.volũt ex propoſitione neceſſaria admiſta cum propoſitione inuenta quod modus cõcluſionis ſequatur modum propoſitionis inuente.quod probant tribus rõnibus. ¶ Prima ratio eſt.Secundum argumẽtum principale ſalum:quia modus cõcluſionis debet ſequi viliorem et debiliorem modorum propoſitionum. ¶ Secũda ratio.In omni ſyllogiſmo eſt aliquid currens curſu totius:et aliquid currens curſu partis:ſed quãdo maior propoſitio eſt inuẽta et minor neceſſaria:quod currit curſu totius eſt terminus medius:et currẽs curſu partis eſt terminus minor:ſed quãdo predicatur aliquid de toto quod eſt terminus medius aliquo modo:oportet vt de parte illius totius eodem modo predicetur.Et quãdo maior fuerit neceſſaria et minor inuenta:quod currit curſu totius eſt terminus maior:et currẽs curſu partis eſt terminus medius:ſed quãdo predicatur pars que eſt terminus medius de aliquo aliquo modo:oportet vt predicetur totum quod eſt maior extremitas de eodem eodem modo.ergo quomodocũque ſit:oportet vt ſit modus cõcluſionis ſequens modum propoſitionis inuente. ¶ Tertia ratio eſt.Tertium argumẽtum principale:quia nõ ſequitur.Neceſſario omne ambulans mouetur/omnis homo ambulat.ergo neceſſario omnis homo mouetur. ¶ Sed dicit Auer.quod cõfuſio manifeſta eſt in hoc ſermone:quia experientia totius et partis ex parte qua ſyllogiſmus eſt cõcludens ſecundum dictum de omni nõ inuenitur in propoſitione maiori:ſed eſt quidem in propoſitione minori.et propter hoc cõditionatur in ea vt ſit affirmatiua:quod nõ cõditionatur in maiore.Et ſic ſoluitur ſecũda ratio iſtorum. ¶ Quod autem dicitur quod oportet vt ſit modus cõcluſionis ſequens.debiliorem modorum propoſitionum ſic eſt in affirmatiua et negatiua:dicit Auer.quod ſyllogiſmus iſte eſt imaginarius:quia cõcluſio non ſequitur propoſitionem negatiuam ex parte qua negatiua eſt vilior affirmatiua:ſed ex parte qua eſt negatiua et abſolutae ſi eſt debilior eſt affirmatiua et non negatiua.

¶ Ex quo argumẽtantur etiam:quia nõ ſequitur ex minori abſoluta et neceſſaria maiori.Neceſſario omne ambulãs mouetur/omnis homo ambulat.ergo neceſſario omnis homo mouetur.Dicit Auer.quod error in hoc eſt:quia ambulãs non mouetur neceſſario in eo quod homo:ſed in eo quod ambulans.ergo quando cõditionatur hec cõditio in propoſitione maiore erit concluſio neceſſaria:quia neceſſario omnis homo mouetur in eo quod eſt ambulans. ¶ Cõtra cõcedit hic Auer.propõnem iſtam eſſe inuẽtam.ſ.omnis homo ambulat:cuius oppoſitũ dictum eſt in articulo primo dubio primo. ¶ Reſpõdeo propoſitio iſta non eſt propoſitio inuenta:quia quando miſcetur cum poſſibili nõ cõponetur:nec erit ſyllogiſmus cõcludẽs:vt dictum eſt.Nõ incõueniens autem apud Auer.vt fiat ſyllogiſmus cõcludens cum huiuſmodi propoſitiones miſcẽtur cum propoſitionibus neceſſarijs.

Ad argumenta principalia.

¶ Ad primũ ſecundum et tertiũ,patet in vltimo articulo. ¶ Ad 4m dixit Auerr.primo Priorum capite 12°.quod huiuſmodi ſyllogiſmi nõ numerãtur inter ſyllogiſmos de quibus eſt intẽtio in libro Priorum:cum ſint queſiti hic quidem ſyllogiſmi ſuper quos cadit cogitatio per naturã in cõparatione ad queſita determinata. ¶ Ex quo ſcias quod quarta figura poteſt imaginari duobus modis.Vno modo in cõparatione ad queſitum cuius ſubiectũ nõ ſit ſubiectũ per naturam et predicatũ predicatũ per naturã.et hoc modo poſſibilis eſt:ſed nõ naturalis:quia huiuſmodi ſyllogiſmi nõ cõcludũt cõcluſionem illã quam anima noſtra ex natura ſua eſt apta elicere:ipſos enim nõ producit cogitatio abſque cõſideratione,patet ex Auer.primo Priorum capite 5° et 6°. ¶ Alio modo in cõparatione ad queſitũ determinatũ:ſic quod ſubiectũ ſit ſubiectũ per naturã et predicatum predicatum per naturam.Et hoc modo nõ eſt poſſibilis:quia vt dicit Auer.cõtra Gal.primo Priorum capite 27°.diminutum eſſet dictum Ariſt.quia nõ docuit in illa generationem ſyllogiſmorum. ¶ Secundo:quia tũc ſequitur quod vnũ et idem eſſet predicatum de ſeipſo quod eſt impoſſibile:cõſtitiam deduxit Auer.primo Priorum capite 12°.et cap.28°.quia ex eo quod medium predicatur de predicato queſiti:vt in maiori,et ſubijcitur ſubiecto eiuſdẽ:vt in minori.Et queſiti ſubiectum eſt ſubiectũ per naturam,et predicatũ predicatũ per naturam,et quicquid predicatur de predicato predicatur de ſubiecto:veniet vt ſit idem reſpectu eiuſdẽ ſubiectũ et predicatũ:quod eſt abhorrẽdum. ¶ Ex his patet qualiter reprehẽdi habet quidam dicẽs de mẽte Auer.quod ſecũda et tertia figura nõ ſunt naturales:quia in ipſis nõ reſeruatur ordo trium terminorum ſecundum curſum rerum naturalium. ¶ Ad quintum dicitur quod maior inquantum de omni eſt falſa.Ex intẽtione enim dicti de omni cõditionata in propõne illa:ſignificat quod omne quod cõtingit eſſe album cõtingit eſſe animal:quod eſt falſum. ¶ Correlariũ.Nõ incõueniens aliquã propõnem inquantum vniuerſalem eſſe veram:et inquantum de omni eſſe falſam.patet de propoſitionibus poſſibilibus:quarum ſubiectum eſt terminus accidentalis et predicatũ terminus ſubſtantialis:patet etiam de aliquibus propõnibus in diuinis ſicut ſunt:omnis eſſentia diuina eſt pater:omnis pater genuit.[a] ¶ Ad ſextũ:et ad cõfirmationẽ dictum eſt quod propoſitio inuenta cum miſcetur cum propõne poſſibili debet eſſe propoſitio vera ſecundum omne tẽpus:aut ſecundum plurimum eius. ¶ Ad ſeptimũ dicit Albertus quod minor eſt diſtinguenda:quia aut accipitur iſte terminus niger pro qualitate primo et pro ſubiecto ſecũdario.et tunc falſa eſt:aut ecõuerſo.et tunc vera eſt:quia ſube que iam nigra eſt cõtingit ineſſe album:et eo modo quo minor eſt vera ſequitur cõcluſio vera:eo modo quo minor falſa et cõcluſio falſa.Et hec de queſtione ſint ſatis.Ad laudẽ oĩpotẽtis.

[a] ¶ Et ſic propoſito huius argumẽti/omnis eſſentia diuina eſt pater:vniuerſalis eſt:eſſentia diuina.et aliquis eſt pater:quia maior ſit de omni ipſa eſt falſa:ſignificat enim quod omne quod eſt eſſentia diuina et diſponitur per eſſentiam diuinam eſt pater.quod eſt falſum.Et ſi nõ ſit de omni:tunc ſyllogiſmus nõ regulatur per dictum de omni.

ℭ Pamphili de Monte Bononienſis. De demonſtratione.

Utrum libri poſteriorum demõſtratio ſit ſubiectũ. ℭ Reſpõdeo ꝙ ſic. Pro cuius declaratione erũt tres articuli. In quorum primo de ꝓcognitionibus erit ſermo. In ſcdo de queſito. In tertio dubitatur.

ℭ Quãtum ad pᵐ ꝓncipaliter ꝯſiderãdũ eſt circa illã ꝓpõnem: oĩs doctrina ⁊ oĩs diſciplina itellectiua ex ꝓexiſtẽti fit cognitione: que ſic a Modernis ꝓbaꝫ. Oĩs notitia itellectiua ex preexiſtẽti fit cognitione: oĩs doctrina ⁊ oĩs diſciplina itellectiua eſt notitia intellectiua. igiꝫ oĩs doctrina ⁊ oĩs diſciplina intellectiua ex ꝓexiſtẽti fit cognitione. maior ſic oſtẽdiꝫ: qꝛ cognitio itellectiua: aut eſt cõplexa: aut incõplexa. ſi complexa: aut ꝯcluſionũ: aut principiorum. ſi ꝯcluſionũ illa fit ex cognitione ꝓexiſtẽti principiorum. ſi ꝓncipiorum: illa ex preexiſtenti cognitione terminorum. ſi incõplexa ſicut notitia terminorum: illa fit ex ꝓexiſtẽti cognitione ſenſitiua iteriore. ſenſitiua aũt iterior fit ex ſenſitiua exteriore. ⁊ ibi eſt ſtatus. ℭ Sed ab Auer. ꝓbatur deducẽdo ad inconueniens: qꝛ ſi nõ: diſcipulo nõ eſſet poſſibile vt doceaꝫ aliquid. ℭ Hec tñ ꝓpoſitio ſm Joã. grãma. a Phõ nõ poniꝫ vt cõcluſio: ſed tñ vt maior ſyllogiſmi: cuius minor debet eſſe iſta: ſciẽtia demõſtratiua eſt doctrina vel diſciplina. ergo ⁊c. ℭ Sed huius ꝓpõnis veritas a Phõ inductiue oſtẽdiꝫ: vtꝫ in ſciẽtys mathematicis ⁊ doctrinalibus: ꝗ̃ in his: vt ingt Auer. quarum ꝓprietas eſt vt addiſcanꝫ per ſermonem: ſicut ſunt dialectica ⁊ rhetorica.


ℭ Doctrina aũt ⁊ diſciplina in ꝓpoſito nõ ſolũ ꝓ cõcluſionis habitu ſciẽtifico ſumiꝫ: ſꝫ pro notitia quacũꝙ de ꝯne acq̃ſita: ſiue illa per demõſtrationẽ: ſiue per ſyllogiſmũ: ſiue per inductionẽ aut exẽplum fuerit. ꝑꝫ iuxta Phi ꝓceſſum. ℭ Cum tñ demõſtratiua ſciẽtia ſit intellectiua ⁊ maxime ⁊ ꝓcipue ſit doctrina ⁊ iter oẽs magis ſit hoc modo dicta diſciplina: de ipſa ꝓcipue eſt vera dicta ꝓpoſitio. ℭ Sed hec tria/ſciẽtia/doctrina/⁊ diſciplina: vt magnus Alber. ingt. ſic differũt: qꝛ ſcientia eſt habitus ꝯnis. doctrina ſm ꝙ emanat ex principys: ſed diſciplina: qꝛ nõ niſi per mediũ ⁊ ꝓncipia eſt ſuſcepta: ⁊ ſine qbus nõ ſuſcipereꝫ. ℭ Per hoc aũt qđ diciꝫ /oĩs doctrina ⁊ oĩs diſciplina intellectiua achademicorum opĩ. excludiꝫ: qui omnia ignorari ⁊ nullã eſſe ſciẽtificam doctrinã intellectiuã poſuerũt. Et per hoc ꝙ diciꝫ fit: Platonicorum dicentiũ ꝙ ſcire nõ eſt ignotum addiſcere: ſed oblitũ reminiſci: illud eniꝫ fit qđ de nouo acq̃riꝫ. ℭ Fit aũt per poſitionẽ de pñti/⁊ nõ per remotionẽ.[a] ℭ Fit aũt oĩs doctrina ⁊ oĩs diſciplina ex ꝓexiſti cogñe tanꝗ̃ ex diſpõne ꝓuia ad illã acq̃rẽdam: qꝛ ad doctrinã acq̃rẽdã cum ipſa ſit habitꝰ ſciẽtificus req̃riꝫ habitus ſiue cognitio pñᵐ in illam per ſe ordinatꝰ: per talẽ aũt cognitionẽ diſponiꝫ ⁊ habilitaꝫ intellectus ad doctrine acq̃ſitionẽ. ℭ Fit etiam ex ꝓexiſti cogñe tanꝗ̃ ex termino a quo: qꝛ ex medio ſyllõ vel demõſtratiuo: qđ non ingrediꝫ ꝯnem. ℭ Nulla tñ doctrina vel diſciplina fit ex ꝓexiſti cognitione tanꝗ̃ ex cã efficiẽte nõ inſtrũali: qꝛ preexiſtẽs cognitio nõ ſic actiue ad notitiam ꝯnis ꝯcurrit: ꝓmiſſe enim ad notitiã ꝯcluſionis acq̃rẽdã inſtrũaliter ꝯcurrũt. Et ideo efficiẽtes ſunt vt inſtrũm: vt ꝑꝫ Phyſicoꝝ. 2º tex. cõ. 31. ⁊ 3º de aĩa cõ. 36º. Item omne per ſe actiue ꝯcurrẽs ad alicuius ꝑfectiſſimã oꝑationem qđ paſſiue ſolũ ad illam ꝯcurrit eſt illo ꝑfectius. ergo ſi ꝓmiſſe ad doctrine vel diſcipline ꝓductionem actiue ꝯcurrant: et intellectꝰ noſter ſolũ paſſiue: premiſſe erũt intellectu ꝑfectiores: qđ nõ eſt dicẽdum.[b] premiſſe igiꝫ inſtrũaliter ad ꝯcluſionis notitiam ꝯcurrũt: ſed intellectus agẽs qui: vt ingt Lincon. interius mẽtem illuminat ⁊ veritatem oſtẽdit effectiue ꝯcurrit: quicqd enim ꝓduciꝫ de potentia ad actũ per aliqđ actu vel virtute tale ꝓducitur. ſi enim calidũ in potẽtia ꝓduciꝫ actu calidum: per aliqđ aliud actu vel virtute calidũ ꝓduciꝫ: ſed itellectꝰ noſter de ſciente in potẽtia actu ſciens fit. igiꝫ per aliqđ ens in actu ſciens: ⁊ nõ de ſe: quum de ſe ſit in potẽtia. ℭ Nec aliqua doctrina vel diſciplina ex ꝓexiſtẽti fit cognitiõe tanꝗ̃ ex cauſa mãli ⁊ ſubiectiua: quia nulla cognitio eſt ſubiectiue in alia: ſed tñ in aĩa. ℭ Nec doctrina vel diſciplina fit ex ꝓexiſti cognitione tanꝗ̃ ex partibus ꝯſtitutiuis: licꝫ ꝯcluſio fit ex extremitatibus que nõ ſolũ ſunt partes ꝓmiſſarum ſed etiam ꝯcluſionis. ℭ Sed cõtra 2ᵐ dictũ ſolet ſic argui. terminus a quo nõ remanet in aduentu illius qđ fit ex illo: vt ꝓmo ⁊ 5º phyſic. habeꝫ. ſed in aduẽtu doctrine ⁊ diſcipline remanet ꝓexiſtẽs cognitio. ergo ⁊c. ℭ Ad qđ rñdeo ꝙ maior non eſt vliter vera: ſed de primo termino a quo ꝓcediꝫ: ⁊ iſte in ꝓpoſito eſt: nõ doctrina. i. priuatio doctrine.[c] ℭ Itẽ ꝯtra ꝓpoſitionẽ ſolet ſic argui. aut illa ꝓexiſtens cognitio de ſe ſufficit ad inductionem doctrine: vel aliqd aliud req̃riꝫ. ſi ꝓmum: ſequiꝫ ꝙ ſtatim habita notitia ꝓncipiorũ in aliqua ſciẽtia: ſcirentur oẽs ꝯcluſiones eiuſdẽ ſciẽtie: quod eſt falſum. ſi 2ᵐ maxime videꝫ diſcurſus: ſed ꝯtra intellectus ſubito diſcurrit: quare ſequiꝫ ꝙ ſtatim poſt ꝓncipia itellectus addiſcet oẽs ꝯnes. ℭ Scđo nulla eſt prima precognitio itellectiua: qꝛ quacũꝙ ꝓcognitione itellectiua data illa eſt aliquante intẽſionis: ⁊ per ꝯſequẽs nõ eſt dare pᵐ gradum illius in intellectu acq̃ſitũ: quare in ꝓcognitionibus ꝓcedeꝫ in ĩfinitũ. ℭ Tertio qcqd põt virtus inferior põt ⁊ ſuperior. ergo cum ſenſus qui eſt virtus inferior intellectu: poſſit hẽc notitiã nõ ꝓexiſtẽte aliqua notitia ſenſitiua infra etiã itellectꝰ poterit hẽc notitiã intellectiuã nulla notitia preexiſte ſenſitiua. ℭ Quarto oĩũ eorum que ſciuntur põt eſſe doctrina: ſed pñª ſciunꝫ. ergo pñᵐ eſt doctrina: ⁊ tñ pñª non ſunt ꝯnes. minor ꝓbaꝫ. ꝓpter qđ vnũqđꝙ illud magis eſt: ſꝫ ꝯnes ſciunꝫ per pñª. igitur pñª ſciuntur. ℭ Et ſi neges maiorem: qꝛ pñª ſciunꝫ ſciẽtia magis ꝓpe dicta: ⁊ tñ eorum ſciẽtia nõ eſt acq̃ſita per doctrinã: qꝛ vt ingt Lincon. nõ docemur neꝙ addiſcimus: niſi illud qđ cum ꝓ ꝯcipimus eſt nobis dubiũ vel apparet falſum. ℭ Cõtra. ſciẽtia maxime ꝓprie dicta ſciunꝫ ꝯcluſiones ꝓpter ꝓncipia. ergo ꝓncipia maxime ſciũtur. ℭ Ad hec reſpõdeo. ꝓmo ad ꝓmum diciꝫ ꝙ preter preexiſtẽtem cognitionẽ req̃ritur diſcurſus: ⁊ alia multa. Et ad argumẽtũ in oppoſitum: diſcurſus itellectus fit ſubito: ꝯcedo: quia habitis ꝓmiſſis itellectus ſubito infert ꝯcluſionẽ. ⁊ deinde negatur ꝯſequentia. ℭ Ad 2ᵐ nego aſſumptũ. ⁊ ad ꝓbationem: ꝯceſſo ꝙ illa ꝓma ꝓcognitio intellectiua ſit aliquãte intẽſionis: nõ ſequiꝫ quin ſubito ſit in itellectu acq̃ſita. lumen enim gradus habet: qꝛ lucidũ ꝓpinque magis illuminat ꝗ̃ remotum: ⁊ tñ ſubito acq̃riꝫ: nec aliqua doctrina eſt per ptem ante ptem acq̃ſita: q̃uis eſſet habitꝰ aliqualiter intẽſus. ℭ Ad 3ᵐ. di ꝙ in quocũꝙ ſenſibili poteſt ſenſus ſentiẽdo/in idem põt itellectus ipm per abſtractionem intelligẽdo percipe: licꝫ nõ ſiliter: qꝛ ſenſus nulla preexiſtẽte cognitione ꝑcipit ſenſibile: qđ nõ cõpetit intellectui. ℭ Ad vltimũ negaꝫ maior: qꝛ vt dicebaꝫ ꝓncipia ſciẽtia magis ꝓprie dicta ſciunꝫ: quorum ſciẽtia non eſt per doctrinã acquiſita. Et tũc ad argumẽtũ negatur ꝯſequẽtia: qꝛ ad veritatem ꝓdicte ꝓpoſitionis: ꝓpter qđ vnũqđꝙ

[a] ℭ Qñ ꝯtinuans tpe mẽſurãte nõ eẽt: ⁊ tpe mẽſurãte eẽt: ſcire illa ſiue imediata. Sꝫ ex dict. 8. phy. iſtãs mediũ ſe tenet ex pte poſteriori. Et ſic erit ꝓmum eſſe ſciẽte.

[b] ℭ Hoc ꝯtra quos ipoſit reputant Auerroiſte Ꝑ alpo linarie. Sed ꝯcedendũ eſt qꝛ ꝓmiſſe nõ ſe ab itellu ſ ſe actꝰ iter itellus põẽ: qꝛ eſt eaꝫ ſubm actꝰ aũt nobilior ẽ potẽtia.

[c] ℭ Sciẽs ꝙ mutatiõn qdã ſunt inter ꝯ̃rarios: qdã quaſi ꝑ ſe: qdã ꝑ accidẽs. termini ꝓmi ſunt priuatio ⁊ fora: q̃ ꝑ ſe: ſunt ꝯ̃riaꝫ inter ſe inimici poſitiui. termini ꝑ accñs ſit ꝯ̃dicti ꝯ̃rarꝫ. Exẽpli gſa. in gnõne equi: termini ꝓmi ſunt fora equi: ⁊ priuatio eiꝰ. termini ſecundi ꝗ̃ ꝑ ſe ſit fora ſpma ⁊ fora eq. Sꝫ termini ꝑ accñs ſunt termini ꝯ̃dictorij: vt equus ⁊ nõ equus.

vnūqḋqꝫ ⁊ illud magis regrit̄ ꝙ cauſa ⁊ effectus cōue-
niant in nōie⁹:⁊ hoc vniuoce:q᷑ non ſequit̄ tu es albus ¶ Regreſſ ſi nõ ſufficit.
ꝓpter albedinē.ergo albedo eſt magis alba:⁊ dico vni-
uoce:quia lꝫ calidum ſit in ſole: non tamē formalr̄:ſed
virtualiter:ideo non ſequit̄ tu es calidus ꝓpter ſolem.
igit̄ ſol eſt magis calidus. Et ſic nec ſequit̄:cōcluſiones
ſciuntur ꝓpter principia ſciētia maxime ꝓprie dicta.
ergo principia maxime ſciunt̄:quia ſcire maxime non
competit principijs:ſed vt magnus Albertus inquit:in
forma cōprehenſionis neceſſarioꝝ vno modo ſemper
exiſtentiū:vniuoca eſt ſciētia premiſſaꝝ ⁊ cōcluſionis
demonſtrate:ideo loquēdo de ſcire qḋ eſt apprehenſio
neceſſarioꝝ:ſiue ſint principia:ſiue ꝯcluſiones:iſto mō
ſcire vniuoce competit principijs ⁊ cōcluſionib⁹:⁊ hoc
mō principia ſunt magis ſcita ꝗ̄ cōcluſiones:⁊ ſic neqꝫ
ſciens neqꝫ melius diſpoſitus ꝗ̄ ſciēs poteſt magis ſci-
re cōcluſiones ꝗ̄ principia : ⁊ hic eſt intellectus Ariſto-
telis:vt expoſuit Linconienſis. ¶ Contra. Auerrois cō
mento 5⁰ ſuper textu illo. Non poteſt autē credere ma-
gis his que ſcit que non cōtingant ⁊c̄. inquit principia
ſciri ab homine ⁊ non ꝯcluſiones. ¶ Secūdo ignis eſt
cauſa per ſe totalis reſpectu caloris in ferro ⁊ vtrūqꝫ ca
lidum eſt formaliter:⁊ tamē non ſequit̄ ferrum eſt ca-
lidum ꝓpter ignem.ergo ignis eſt magis calidus:quia
ſenſu videmus ꝙ equalis quātitas ferri igniti vehemē
tius comburit ꝗ̄ equalis quātitas ignis. ¶ Ad primuꝫ
Auerrois non cōceſſit ſimpliciter cōcluſiones nō ſcire:
ſed eas nō ſciri dixit quia cōcluſa per ſeipſa ⁊ non per
aliud nō ſunt nota ⁊ ſcita ſicut principia que nō ſoluꝫ di
cuntur eſſe priora ⁊ indemōſtrabilia ⁊ ſciaꝫ eſſe ꝑmam
de ipſis:ſed etiam dicunt̄ eſſe principiū omnis ſciētie:⁊
vt magnus Albertus inquit:quia hec influentiā ſue lu-
cis intellectualis influūt ſuper omnia ſequentia:⁊ ideo
magis ipſa nota ſunt ⁊ ſcita omnib⁹ alijs:⁊ merito codeꝫ
cōmento inquit Auer. ꝙ que fuerint nota per ſe apud
diſcipulūꝫ ſunt que nominant̄ ſciētie nomine. Et cōmē
to 6⁰. inuentio principij eſt demonſtratio per ſe. ¶ Ad
ſcōm lꝫ ferrum quia magis denſum indicet̄ magis cali
dum ꝗ̄ certus ignis nō tamē eſt ita:ſed minor latitudo
caliditatis eſt in eo. Unde ſi eſſet aliqḋ calidꝫ nō hñs
niſi ſex gradus caliditatis qḋ ſine appoſitione alicuius
gradus caloris cōdenſaret̄ indicaret̄ calidus:ꝗ̄ certus
ignis per cōdenſationem ſue materie ꝗ̄uis eſſet minus
calidꝫ. Eſt igit̄ omnis doctrina ex p̄exiſtēti cognitiōe.
¶ Precognitio aūt ante demonſtrationē eſt duplex.ſ.
quid ⁊ quia:ꝓbat̄:tria ſunt precognita.ſ. dignitas:ſubiꝫ
⁊ paſſio:ſed precognitiōe q̄a eſt:precognoſcit̄ de digni-
tate q̄d eſt:⁊ q̄a eſt de ſubiecto:q̄d eſt de paſſiōe : pꝫ q᷑
non ſimilr̄ vnūqḋqꝫ hoꝝ eſt nobis cognoſcibile ad de-
monſtrationē. ¶ Sꝫ quia dignitates ꝑncipia cōplexa
ſunt:que vt ſic nō habent niſi eſſe verū:ideo ꝑcognoſcē
da ſunt tm̄:q᷑ ſunt in:q᷑ vera ſunt. ſubiectuꝫ aūt:vt vni-
tas:q᷑ incōplexuꝫ eſt:⁊ q̄d habet:⁊ cōplexionē facit cuꝫ
ſuo eſſe:⁊ independens eſt a ſua paſſione que in ꝯclōne
predicat̄ ꝑcognoſci opꝫ q̄d eſt:⁊ q̄a eſt:nec dico:q̄a eſt:
q̄a ſit tale de quo aliq̄d poſſit demr̄ari:hoc.n.mō ꝓpor
tionabilr̄ loquēdo ⁊ de paſſione ꝑſupponit̄ q̄a eſt:quia
demōſtrator ſupponit eā taleꝫ que poſſit de aliquo de-
monſtrari. Tūꝫ q̄a Auerroī hic cōtradiceret dicenti de
ſubiecto:ꝙ ꝑcognoſcit̄ ꝙ ipſa res ſit inuēta:⁊ cōmento
24. in ſubiecto quideꝫ opꝫ precedere ⁊ cōcedere ex re
ipſius:q̄ꝛ ipſum eſt inuentū:neqꝫ inquirere ex inuen-
tione eius penitus:clare eniꝫ pꝫ aſſuetis in doctrina ei⁹
ꝙ rem inuenirī eſſe apud ipſuꝫ nihil aliud eſt ꝗ̄ reꝫ eē:
predicatū aūt qḋ paſſio:vel per moduꝫ paſſionis ſe ha-
bens eſt:vt triāgulus:incōplexuꝫ q̄deꝫ ens eſt:⁊ quid ⁊
eſſe ꝓpriū cum quo cōplexionē facit habet : ſed q̄m ei⁹
eſſe querit̄:ſoluꝫ quo ad quid cognoſci opꝫ. ¶ Inquit
autem hic Linconiē.ꝙ Ariſto.attulit exēpluꝫ de paſſio-
ne queſita:q᷑ hoc eſt ꝑmū queſitū in geometria:eſt eniꝫ
hoc primū theorema ſuper oēm datā lineam locabilis
eſt triangulus equilaterus:⁊ ſunt duo ſylli ad oſtenden
dum primo ꝙ ſuper omneꝫ datam lineā eſt triāgulus.



¶ Primus ſit.a.b.recta:tūc circa.a.deſcriptibilis eſt cir
cūferētia vſqꝫ in.b.⁊ circa.b.deſcriptibilis ē circūferē-
tia vſqꝫ in.a.ergo iſti duo circuli equalr̄ ſe ſecāt. ¶ Se-
cundus ſit punctū ſectionis circuloꝝ.c. ſꝫ ab.a.in.c.tra-
hibilis eſt recta.ḡ locabilis eſt triāgulus.a.b.c.ſup.a.b.
linea. Et deinde alij tres ad oſtēdenduꝫ q̄m equilater⁹.
¶ Primus.a.b.⁊.a.c. exeūt ab eodeꝫ centro.a. recte in
circūferentiā eiuſdeꝫ circuli. ergo.a.c.⁊.a.b. ſunt eq̄les.
¶ Secūdus.a.b.⁊.b.c.exeunt ab eodeꝫ centro.b.recte
in circūferētiā eiuſdē circuli.ergo.a.b.⁊.b.c. ſunt eq̄les.
¶ Tertius.a.c.eſt equalis.a.b.⁊.b.c. eſt equalis eideꝫ
a.b.ergo triangulus ex illis eſt equilaterus. Inquit ſcōo
Linconiēſis. Exēpluꝫ ſubiecti eſt vnitas:q᷑ ipſa eſt p⁹ᵐ
ſubm̄ de quo cōcludit̄ in arithmetica. ꝑma.n. ꝓpoſitio
arithmetice ꝓbat̄ per ipoſe:⁊ ipoſe qḋ ꝯcludit̄ eſt hoc
vnitas numerat̄ ab aliq̄ nuō. ꝑtis ꝓpoſitio arithmeti
ce eſt hec. Si a maiore duoꝝ nūeroꝝ minor detrahat̄:
donec minus eo ſupſit:ac deīde de minore ipꝫ reliquū:
donec min⁹ eo relinquat̄. Itēqꝫ a reliquo ꝑmo reliquū
ſcōm:quouſqꝫ minus eo ſupſit:atqꝫ in huiuſcemodi cō
tinua detractiōe nullus fuerit reliquus:qui añ relictum
numeret vſqꝫ ad vnitatē:eos duos numeros ꝯ ſe ꝑmos
eē neceſſe eſt. v̄.g. ſint duo numeri.a.b.⁊.c.d.minor : de-
trahat̄.a.c.ex.a.b.quotiēs pōt:⁊ ſit reſiduū.e.b. qui erit
minor e.d. alioqn poſſet ex ipſo adhuc detrahi.c.d:de-
trahat̄ ⁊ ipſe.e.b.ex.c.d.quotiēs pōt:ſitqꝫ reſiduuꝫ.f.d.
ſꝫ ⁊.f.d. detrahat̄ ex.e.b.quotiens pōt:⁊ ſit reſiduū.g.b.
qḋ ſit vnitas:dico tūc duos numeros.a.b.⁊.c.d. eſſe ꝯ ſe
ꝑmos. Et h̄ ſic ꝓ ipoſe:ſi.n.a.b.⁊.c.d.ſint numeri cōpo-
ſiti:eos numerabit aliq̄s numer⁹ ꝑter vnitatē:q᷑ nume-
rus cōpoſit⁹ dr̄ quē alius numerus metit̄ : ⁊ ſit.h.g nu-
meret.a.b.⁊.c.d.⁊ q̄a.h.numerat.c.d.minor:qui eſt ſub-
tract⁹ a maiore.a.b.ideo ꝑ vltimā cōceptionē numera-
bit reſiduū:ſed vltimū reſiduū eſt vnitas. ergo.h.g eſt
numerus numerabit vnitatē:qḋ eſt impoſe. Et h̄ eſt qḋ
directe ꝯcludit̄ in arithmetica de vnitate.cū ḡ ꝯñs h̄.ſ.
vnitatē numerari ab aliq̄ nuō ſit falſuꝫ.añs ex quo ſeq-
tur erit falſuꝫ.ḡ oppoᵐ añtis erit verum:per h̄ ꝑnᵐ:de
quolꝫ dr̄ eē vel nō eſſe.ḡ.a.b.c.d.erūt ꝯ ſe ꝑmi. Et h̄ eſt
qḋ indirecte verificat̄.ſ. ꝓpoſitꝫ. ¶ Prima d⁰ q̄d eſt.
⁊ q̄a eſt:ſunt ꝑcognita.ḡ nō ꝑcognitiōes.añs ꝓbat̄:pre-
cognoſcit̄ q̄d ⁊ q̄a:de ſubo. ḡ q̄d ⁊ q̄a ꝑcognoſcuntur.ḡ
precognita. ¶ Scōo ꝑcognitio q̄a eſt ſubiecti qua pre-
cognoſcit̄ ſubm̄ abſolute eſſe eſt incōplexa : precogni-
tio v⁰ q̄a eſt dignitatis:qua ſic vel ſic eſſe cognoſcit̄ eſt.

